

6 Item in libro sexto hoc scriptum est: 'Alae dictae exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra sinistraeque tamquam alae in auium corporibus locabantur. In legione sunt centuriae sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.'

Δ Quo ritu quibusque uerbis fetialis populi Romani bellum indicare solitus sit his quibus populus bellum fieri iusserat; et item in quae uerba conceptum fuerit ius iurandum de furtis militariibus sancendis; et uti milites scripti intra praedictum diem in loco certo frequentarent causis quibusdam exceptis, propter quas id ius iurandum remitti aecum esset.

5

E

1 Pleraque sunt uocabula quibus uulgo utimur neque tamen liquido scimus quid ea proprie atque uere significant, sed incerta et uulgariam traditionem rei non exploratae secuti uidemur magis dicere quod uolumus quam (uelle quod) dicimus: sicuti est *uestibulum*, uerbum in sermonibus celebre atque obuuium, non omnibus tamen qui illo facile utuntur satis spectatum. 15

2 Animaduerti enim quosdam haudquaquam indoctos uiros opinari uestibulum esse partem domus primorem, quam uulgius atrium uocat. 3 (Sed) C. Aelius Gallus in libro de significatione uerborum quae ad ius ciuile pertinent secundo uestibulum esse dicit non in ipsis aedibus neque partem aedium, sed locum ante ianuam domus uacuam; per quem a uia aditus accessusque ad aedis est, cum dextra sinistraeque ianuam tecta sunt uiae iuncta atque ipsa ianua procul a uia est area uacanti intersita.

§6 fr. 15. E §3 fr. 5 H.-S.-K.

E §§1-10 cf. Non. 75 (53. 6-12), Macr. Sat. 6. 8. 14-20

3 locabantur collocantur φ 12 secuti] sicuti F 13 uideamur] uideamus X<sup>c</sup>(#), π: audemus Q<sup>c</sup>: audemur Q<sup>c</sup> addit: (intellegere quod) Watt 1994: 281\* 15 spectatum] expectatum δ, codd. Macrob. §18 18 addit C. Aelius Pontianus 1597: 650 Petri Scriueri membris: Caelius Q: c(a)ecilius FyZ, Macrob. §16 22 tecta Carrio: tecte X: tecta (quae) FOπNδ sunt] saepiunt Madvig 1877: 196

552

4 Quae porro huic uocabulo ratio sit, quaeri multum solet; sed quae scripta legi, ea ferme omnia inconcinna atque absurda uisa sunt. 5 Quod Sulpicium autem Apollinarem meminisse dicere, uirum elegantis scientia ornatum, huiuscemodi est. *Ve* particula, sicuti quaedam aliae, tum intentionem significat, tum minutionem. 6 Nam *uetus* et *ueterans*, alterum ab aetatis magnitudine compositum elisumque est, alterum a mentis uis atque imperu dicitur; *uescum* autem, quod ex *ue* particula et *esca* copulatum est, utriusque diuersae significationis uim capit. 7 Aliter enim Lucretius *uescum salem* dicit ex edendi intentione, aliter Lucilius *uescum* appellat cum edendi fastidio.

8 Qui domos igitur amplas antiquitus faciebant, locum ante ianuam uacuum relinquebant, qui inter fores domus et uiam medius esset. 9 In eo loco, qui dominum eius domus salutatum uenerant, priusquam admitterentur, consistebant et neque in uia stabant neque intra aedis erant. 10 Ab illa ergo grandis loci consuetudine et quasi quadam stabulatione uestibula appellata sunt spatia, sicuti diximus, grandia ante fores aedium relicta, in quibus starent qui uenissent priusquam in domum intromitterentur.

11 Meminisse autem debebimus id uocabulum non semper a ueteribus scriptoribus proprie, sed per quasdam translationes esse dictum, quae tamen ita sunt factae, ut ab ista de qua diximus proprietate non longe descuerint, sicut illud in sexto Vergilii:

uestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci  
Luctus et ultrices posuere cubilia Curae;

25

273

12 non enim uestibulum primorem partem domus infernae esse dicit, quod obrepere potest tamquam si ita dicatur, sed loca

§7 Lucret. 1. 326 Lucil. u. 602 §11 Aen. 6. 273-4

5 aliae Vogel 1886: 77-8: alia ψ 8 dicit FQ: dixit γZ 11 appellant P<sup>c</sup>: appellauit P<sup>c</sup> 13 uacuum om. γ 21 scriptoribus om. γ 26 priorem Damsté 1920b: 200, dli. §2: priorem ψ

553

duo demonstrat extra Orci fores, uestibulum et fauces, ex quibus uestibulum appellat ante ipsam domum et ante ipsa Orci penetralia, fauces autem uocat iter angustum per quod ad uestibulum adiretur.

E. *Vestibulum* quid significet; deque eius uocabuli rationibus.

6

F

1 Redeuntes (ex) Graecia Brundisium nauem aduertimus. Ibi quispiam linguae Latinae litterator Roma a Brundisinis accersitus experiundum sese uulgo dabat. 2 Imus ad eum nos quoque oblectamenti gratia; erat enim fessus atque languens animus de aestu maris. 3 Legebat barbare insciteque Vergilii septimum, in quo libro hic uersus est:

centum lanigeras mactabat rite bidentis,

4 et iubebat rogare se si quis quid omnium rerum uellet discere.

5 Tum ego indocti hominis confidentiam demiratus 'doce me' inquam 'nos, magister, cur bidentes dicantur?' 6 'Bidentes' inquit 'oues appellatae, idcircoque lanigeras dixit, ut oues planius demonstraret.' 7 'Posthac' inquam 'uidebimus an oues solae, ut tu ais, bidentes dicantur et an Pomponius, Arel(i)anarum poeta, in Gallis Transalpiniis errauerit, cum hoc scripsit:

Mars, tibi facturum uoueo, si umquam redierit,  
bidentis uerue.

51 20

F §2 Aen. 7. 93 §7 uu. 51-2 R.

F Φ(TYM); Macrobb. Sat. 6. 9. 1-7; §§7-10 Non. 75 (53. 13-19); §§12-15 Papias s. u. bidentis

1 (et) uestibulum Fy 2 ipsam (quasi) δ 6 add. Hertz 7 brindisinis  
13 quis om. δ discere Q; dicere FyZΦ 18 Arel(i)anarum ΨΦ, Macrobb.  
§4. correxi secundum nostrum usum 20 facturum uoueo Heckschen 1854: 37: uoueo  
facturum ΨΦ, Non., Macrobb. §4 si umquam] suum quam δ rediero Macrobb. §4

554

8 sed nunc ego a te rogavi, eam scias esse huiusce uocabuli rationem.

9 Atque ille nihil cunctatus, sed nimum quantum audacter 'oues' inquit 'bidentes dictae, quod duos tantum dentes habeant.' 10 'Vbi terrarum, quaeso te,' inquam, 'duos solos per naturam dentes habere ouem uidisti? ostentum enim est et placulis factis procurandum.' 11 Tum ille per motus mihi et irritatus 'quaere' inquit 'ea potius quae e grammatico quaerenda sunt; nam de ouium dentibus opiliones percontator.' 12 Facetias nebulonis hominis risi et reliqui.

P. autem Nigidius in libro quem de extis composuit bidentes appellari ait non oues solas, sed omnes binas hostias, neque tamen dixit apertius cur bidentes; 13 sed, quod ultro existimabamus, id scriptum inuenimus in commentariis quibusdam ad ius pontificum pertinentibus bidennes primo dictas, D littera inmissa, quasi biennes, tum longo usu loquendi corruptam uocem esse et ex bidennibus bidentes factum, quoniam id uidebatur esse dictu facilius leniusque. 14 Hyginus tamen Iulius, qui ius pontificum non uidetur ignorasse, in quarto librorum quos de Vergilio fecit, bidentes appellari scripsit hostias, quae per aetatem duos dentes altiores habent. 15 Verba illius ipsa posui: 'Quae bidens est' inquit 'hostia, oportet habeat dentes octo, sed ex his duo ceteris altiores per quos appareat ex minore aetate in maiorem transcendisse.' Haec Hygini opinio an uera sit, non argumentis sed oculis iudicari potest.

§12 fr. 81 Sw.

§15 fr. 3 Fun.

1 eam rec. : et quam ΨΦ 8 e scripti : et O'X : om. FQ<sup>m</sup>ND : a Macrobb. §4  
9 opiliones X<sup>m</sup>QΦ, Macrobb. §4 : u. FOX<sup>m</sup>NDZ. percontator Macrobb. §3, Cicconius :  
percontantur ΨΦ\* 15 pontificum Macrobb. §6, Papias, sed cf. eg Cic. dom. 38  
bidennes] bidentes P<sup>m</sup>QΦ, Papias D om. γ, Papias 17 bidennibus] bienn- Q<sup>m</sup>,  
Macrobb. §7, Papias : bidentibus P<sup>m</sup>OX<sup>m</sup>IT<sup>m</sup>Y<sup>m</sup>N 18 leniusque F : lenisque Q<sup>m</sup> : leni-  
usque Q<sup>m</sup> : lenique Z<sup>m</sup> : leniusque Z<sup>m</sup> : om. γ, Papias 19 pontificum Macrobb.  
§7 (om. Papias)

555

F Hostiae quae dicuntur bidentes quid sint et quam ob causam ita appellatae sint; superque ea re P. Nigidii et Iulii Hygini sententiae.

7

Z

1 Laberius in mimis quos scriptitavit oppido quam uerba finxit praelicenter. 2 Nam et *mendicimonium* dicit et *moechimonium* et *adulterionem adulteritatemque* pro *adulterio* et *deputicavit* pro *stravit* et *abluatum* pro *diluato* et, quod in mimo ponit quem Cophinum inscripsit, *manuatus* est pro *furatus* est, 3 et item in Fullone furem *manuarium* appellat:

manuari (inquit) pudorem perdidisti,

multaque alia huiusmodi nouat.

4 Neque non obsoleta quoque et maculantia ex sordidiorē uulgi usu ponit, quale est in Staminariis:

tollet bona fide uos Orcus nudas in catomum.

5 Et *elutriare* lintea et *lauandaria* dicit quae ad lauandum sint data, et

15

coictor (inquit) 'in fullonicam

et

quid properas? quid praecurris (in) caldonia?

Z §2 fr. 73(e) Pan. §3 fr. 23(e) §4 fr. 59 §5 fr. 74, 75

Z §2 Non. 97 (75-3). 205 (140-32-141. 2)

4 dixit ONZ 7 inscripsit e<sup>h</sup>, Nonius 205, de *Buxis*: scripsit *ψ* modi *γ* 13 catomum] catonum X. cf. *Rörsch* 1883, *Par. ad loc.* *daria* Hertz 1853: *labandaria* F8: *labandria* *ferē* *γ* 18 quid<sup>h</sup> et quid *πs*: quid autē eequid (*etiam supra*) *rec.* *add.* *Bothe* 1824: 218\* *caldoniam* *Bothe*\*

556

6 Item in Restione *talabarruniculos* dicit, quos uulgius talabarriones; 7 item in Compitalibus 'malas malaxauit'; 8 item in Cacommemone

hic est

5 inquit

ille gurdus, quem ego me abhinc menses duos ex Africa uenientem excepisse tibi narraui.

9 Item in mimo qui inscribitur Natalis *cippum* dicit et *obbam* et *cameliam* et *pittacium* et *capitium*: 'induis' inquit 'capitium tunicae pittacium.' 10 Praeterea in Anna Peranna *gubernitum* pro gubernatore et *planum* pro sycophanta et *namum* pro pumilione dicit; quamquam *planum* pro sycophanta M. quoque Cicero in oratione scriptum reliquit quam pro Cluentio dixit. 11 Atque item in mimo qui Saturnalia inscriptus est *botulum* pro farcimine appellat et hominem *leueniam* pro leui; 12 item in Necyomantia *cocionem* peruulgate dicit quem ueteres arillatorem dixerunt. Verba Laberi haec sunt:

duas uxores? hercle hoc plus negoti est, inquit cocio: sex aediles uiderat.

13 Sed enim in mimo quem inscripsit Alexandream eodem quidem modo quo uulgius, sed probe Latineque usus est Graeco

§6 fr. 51 §7 fr. 19v §8 fr. 10v §9 fr. 40. 41 §10 fr. 2 Cic. Cluent. 72 §11 Laber. fr. 53 Pan. §12 fr. 42

1 in *πs*: *om.* *ψ* *talla*-*δ* 2 malaxauit *δ* 3 cacommemone *γ* 6 menses duos *Bothe* 1824: 219: duos menses *ψ* 8 Natalis *Bothe* 1824: 212: natal *ferē* *ψ* (nata. I. XLI): Natalicius (sc. mimus) *Heketsen* 1854: 38: Natalicium Hertz 1853: Nacca, L. *Berondius*: *de* (Nata. Laberius) *cogitat* *Pan.* *de metro* u. *Pan.* (fort. induis | c. t. p. modo *Gellius* uerba *continua* *exscripsit*) 9 capitium *ΠQ*: capitium *FOXGNS*: capitium *v* 18 duas *μνοουολάβουε*: male (qui) sex *Bergk* 1870b: 845 = 1886: i. 408-9 hercle hoc *Bothe* 1824: 213: hoc hercule *ψ* est inquit] essenquid *Z*: esset quid *Q* 20 inscripsit] scripsit *δ* 21 sed *rec.*: se *ψ*

557

uocabulo: *emplastrum* enim dixit *ὀρθοπέρας*, non genere feminino, ut isti nouicii semidocti. 14 Verba ex eo mimo adposui: 'quid est ius iurandum? emplastrum aeris alieni.'

Z Quod Laberius uerba pleraque licentius petulantiusque finxit: et quod multis item uerbis uitur de quibus an sint Latina quaerit solet.

8

H

1 Cum in disciplinae dialecticas induci atque imbui uellemus, necessus fuit adire atque cognoscere quas uocant dialectici *εἰσαγωγὰς*. 2 Tum, quia in primo *περὶ ἀξιώματων* discendum, quae M. Varro alias profata, alias proloquia appellat, commentarium de proloquiis L. Aelii, docti hominis qui magister Varronis fuit, studiose quaesiuimus eumque in Pacis bibliotheca repertum legimus. 3 Sed in eo nihil edocenter neque ad instituendum explanate scriptum est, fecisseque uidetur eum librum Aelius sui magis admonendi, quam aliorum docendi gratia.

4 Redimus igitur necessario ad Graecos libros. Ex quibus accepimus *ἀξίωμα* (definitum) esse his uerbis *λεκτὸν ἀπὸ τὸ ἐλεῖ ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἀντὶ φ*. 5 Hoc ego supersedi uertere, quia nouis et inconditis uocibus utendum fuit, quas pati aures per insolentiam uix possent. 6 Sed M. Varro in libro de lingua Latina ad Ciceronem quarto uicesimo expeditissime ita finit: 'Proloquium est sententia, in qua nihil desideratur.'

§24 fr. 1 H §§1-14 Varro LL fr. 28 Kent. §§6-14 fr. 29 G.-S. §§1-8 Chrysipp. fr. 181 Dufour = FDS 877 = SVF II. 194

1 em- δ : in- Fy, quod uetur Pan. 2010: 114-15\* -pla- ONZ : -plan- FX-πQ ('uel implastrum' C<sup>o</sup>) 3 quid—alieni] uersu aliqua desunt, sed Cellius haec tantum exscribere potuit em- de Buxis : in- ZN : in- FOX-πQ -pla- OXNZ : -plan- FKQ : -plan- II 10 L. Aelii FIN : -(a)elii OXKδ 17 add. Fr. Skutsch 16 redimus scripsi : redimus Eiusner 1886a: 475 48 ἀποφαντὸν subaudias η̄ καταφαντὸν 18-19 nobis et conditis Fδ 20 in libro om. δ

558

7 Erit autem planius quid istud sit, si exemplum eius dixerimus. *ἀξίωμα* igitur, siue id proloquium dicere placet, huiusmodi est: 'Hannibal Poenus fuit'; 'Scipio Numantiam deleuit'; 'Milo caedis damnatus est'; 'Neque bonum est uoluptas neque malum'; 8 et omnino, quicquid ita dicitur plena atque perfecta uerborum sententia ut id necesse sit aut uerum aut falsum esse, id a dialecticis *ἀξίωμα* appellatum est, a M. Varrone sicuti dixi proloquium, a M. autem Cicerone pronuntiatum, quo ille tamen uocabulo tantisper uti se adtestatus est 'quoad melius' inquit 'inuenero'.

9 Sed quod Graeci *κυνηγμένον ἀξίωμα* dicunt, id alii nostrorum adiunctum, alii conexum dixerunt. Id conexum tale est: 'Si Plato ambulat, Plato mouetur'; 'Si dies est, sol super terras est.' 10 Item quod illi *κυμπεπλεγμένον*, nos uel coniunctum uel copulatum dicimus, quod est huiusmodi: 'P. Scipio Pauli filius et bis consul fuit et triumphauit et censura functus est et collega in censura L. Mummii fuit.' 11 In omni autem coniuncto si unum est mendacium, etiamsi cetera uera sunt, totum esse mendacium dicitur. Nam si ad ea omnia, quae de Scipione illo uera dixi, addidero 'et Hannibalem in Africa superauit', quod est falsum, uniuersa quoque illa quae coniuncte dicta sunt propter hoc unum quod falsum accesserit, quia simul dicentur, uera non erunt.

12 Est item aliud, quod Graeci *διεξενυγμένον ἀξίωμα*, nos diiunctum dicimus. Id huiusmodi est: 'Aut malum est uoluptas aut bonum aut neque bonum neque malum est.' 13 Omnia autem quae diiunguntur pugnantia esse inter sese oportet,

§8 Thsc. 1. 14 §9 Chrysipp. fr. 206 = FDS 953 = SVF II. 213 967 §§12-14 Chrysipp. fr. 213 = FDS 976 = SVF II. 248 §§10-11 FDS

2-3 huiusmodi δ : huiusmodi Fy 9 adtestatus] ac testatus F 9-10 quoad—inuenero] uitar post alio si inuenero melius Cir. 15 huiusmodi Ascensius 1524 : eiusdemmodi ψ 24 diiunctum XIIδ 26 diiunguntur X<sup>o</sup>Q

559

eorumque opposita, quae ἀντικειμένα Graeci dicunt, ea quoque ipsa inter se aduersa esse. Ex omnibus quae diiunguntur, unum esse uerum debet, falsa cetera.

14 Quod si aut nihil omnium uerum, aut omnia plurae quam unum uera erunt, aut quae diiuncta sunt non pugnabunt, aut quae opposita eorum sunt contraria inter sese non erunt, tum id diiunctum mendacium est et appellatur παροδικοζευγμένον sicuti hoc est, in quo quae opposita non sunt contraria: Aut curris aut ambulans aut stas. Nam ipsa quidem inter se aduersa sunt, sed opposita eorum non pugnant; non ambulare enim et non stare et non currere contraria inter sese non sunt, quoniam contraria ea dicuntur quae simul uera esse non queunt; possis enim simul eodemque tempore neque ambulare neque stare neque currere.

15 Sed hoc iam breue ex dialectica libamentum dedisse nunc satis erit, 16 atque id solum addendum admonendumque est, quod huius disciplinae studium atque cognitio in principis quidem tætra et asperabilis insuauisque esse et inutilis uideri solet, sed, ubi aliquantum processeris, tum denique et emolumentum eius in animo tuo dilucebit, et sequetur quaedam discendi uoluptas insatiabilis, 17 cui sane nisi modum feceris, periculum non mediocriter erit ne, ut plerique alii, tu quoque in illis dialecticæ gyris atque maeandris tamquam apud Sirenios scopulos consenescas.

H Quid significet et quid a nostris appellatum sit quod axioma dialectici dicunt, et quaedam alia quae prima in disciplina dialectica traduntur.

§§16-17 reficta φ(ΤΥΜ), Δ

1 quae om. γ 2 disiunguntur Ο·Χ·Ϟ·δ 5 disiuncta δ: adiuncta Ο·Χ  
6 sese se δ 7 tum] tunc Py disiunctum Ο·Χ·δ: iunctum Ο· 12 con-  
traria ea] contrarie δ 18 et] ac δ 19 aliquantum hucusque YM  
20 sequitur δ 21 nisi Πδν·ν·, ΤΔ: [4] N: si s. unde Ν· (Vespitius): om. FOX

1 *Susque deque fero* (aut *susque deque est*) aut *susque deque habeo*—his enim omnibus modis dicitur—uerbum est ex hominum doctorum sermonibus. In poematis quoque et in epistulis ueterum scriptum est plurifariam; 2 sed facilius reperias qui id uerbum ostendent quam qui intellegant. Ita plerique nostrum, quae remotiora uerba inuenimus, dicere ea propter animo esse discere. 3 Significat autem *susque deque ferre* animo acquo esse et, quod accidit, non magni pendere atque interdum negligere et contemnere, et propemodum id ualet quod dicitur Graece ἀδιαφορεῖν. 4 Laberius in Compitalibus:

(at) nunc tu lentuss, nunc tu susque deque fers; 1  
mater familias tua in lecto aduerso sedet,  
seruos sextantis uititur nefariis  
uerbis.

15 M. Varro in Sisenna uel de historia: 'Quod si non horum omnium similia essent principia ac postprincipia, susque deque esset.'

6 Lucilius in tertio:

uerum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt, 110  
susque haec deque fuere, inquam, omnia, ludus iocusque;  
illud opus durum, ut Setinum accessimus finem:  
αἰγύλαροι montes, Aetnae omnes, asperi Athones.

20

§4 fr. 20 Pan. §5 Logist. fr. 65 Bolisani §6 uu. 110-13.

T.

1 add. Pr. Skaisch (a. s. d. sum iam Hertz 1853) 4 qui id] quid P·X·δ: qui id qui T  
11 add. Pan. lentuss scripsit, cf. Schulze 1887: 269 = 1933: 437: lentus es  
ψ (lentus est T): lentu's Fleckeisen ap. Hertz 1853: vi\* 13-14. uitur—uerbis Bothe  
1824b: 210: uer. n. ut. ΨT 15 quod T: quid ψ 19 haec Pr. Douša 1597: 28:  
et ψT 20 sedinum δ: sed in quem T 21 Δ1Γ1Δ1ΓT01 T. Giphantius 78:  
441: Δ1ΓT1Δ1ΓT01 fere FOXNQ: Δ1ΓT1Δ1ΓT01 π: Δ1Γ1Δ. n o1 Z (ait) montes  
Py (e u.l. Δ1Γ ut Hertz uidit ortum) omnes] omne Z: om. Xr asperi T: asperi PyQ

⊙ Quid significet uerbum in libris ueterum creberrime positum susque deque.

10

## I

1 Otium erat quodam die Romae in foro a negotiis et laeta quaedam celebritas feriarum, legebaturque in consensu forte conplurium Ennii liber ex annalibus. In eo libro uersus hi fuerunt:

proletarius publicitus scutisque feroque  
ornatur ferro; muros urbemque forumque  
excubiis curant. 170 5

2 Tum ibi quaeri coeptum est quid esset proletarius. 3 Atque ego aspiciens quempiam in eo circulo ius ciuile callentem, familiarum meum, rogabam ut id uerbum nobis enarraret, 4 et, cum illic se iuris, non rei grammaticae peritum esse respondisset, 'eo maxime' inquam 'te dicere hoc oportet, quando ut praedicas peritus iuris es. 5 Nam Q. Ennius uerbum hoc ex duodecim tabulis uestris accepit, in quibus, si recte commemori, ita scriptum est: "Adsiduus uindex adsiduus esto. Proletario cui quis uolet uindex esto." 6 Petimus igitur, ne annalem nunc Q. Ennii, sed duodecim tabulas legi arbitrere et quid sit in ea lege proletarius cuius interpretare.'

7 'Ego uero' inquit ille 'dicere atque interpretari hoc deberem, si ius Faunorum et Aboriginum didicissem. 8 Sed enim cum proletarii et adsidui et sanates et uades et subuades et uiginti quinque asses et taliones furtorumque quaestio cum lance et licio euauerint, omnisque illa duodecim tabularum antiquitas

§1 Ann. uu. 170-2 §§2-6 XII Tabb. l. 4 §§7-8 l. 10(a) §§8 l. 20(d)  
Non. 228 (155. 19-24)

5 publicitus (iam) δ scutisque *Allobrandus* : scutaque *cod. Non.* : sicuti isque fere Ψ 6 muros δ 8 quaeri coeptum] quaesitum Q : ceptum Z 11 illic P-δ : ille P-γ 15 cui Fy : iam cui cui δ 19 ille om. δ interpretari] in terra et dari δ 20 cum de *Buxis* : quam Ψ : que rec.

562

nisi in legis actionibus centumuiralium causarum lege Aebutia lata consopita sit, studium scientiamque ego praestare debeo iuris et legum uocumque earum quibus utimur.'

9 Tum forte quadam Iulium Paulum, poetam memoriae nostrae doctissimum, praetereuntem conspeximus. 10 Is a nobis salutatur, rogatusque uti de sententia deque ratione istius uocabuli nos doceret, 'qui in plebe' inquit 'Romana tenuissimi pauperrimique erant neque amplius quam mille quingentum aeris in censum deferebant, proletarii appellati sunt, qui uero nullo aut perquam paruo aere censebantur, capite censi uocabantur; extremus autem census capite censorum aeris fuit trecentis septuaginta quinque. 11 Sed quoniam res pecuniaeque familiaris obsidis uicem pignerisque esse apud rem publicam uidebatur, amorisque in patriam fides quaedam in ea firmentumque erat, neque proletarii neque capite censi milites nisi in tumultu maximo scribebantur, quia familia pecuniaeque his aut tenuis aut nulla esset. 12 Proletariorum tamen ordo honestior aliquanto et re et nomine quam capite censorum fuit. 13 nam et asperis rei publicae temporibus, cum iuuentutis inopia esset, in militiam tumultuariam legebantur, armaque is sumptu publico praebebantur, et non (a) capitis censione, sed prosperiore uocabulo a munere officioque proles edendae appellati sunt, quod, cum re familiari parua minus possent rem publicam iuuare, subolis tamen gignendae copia ciuitatem frequentarent. 14 Capite censis autem primus C. Marius, ut quidam ferunt, bello Cimbrico difficillimis rei publicae temporibus uel potius, ut Sallustius ait, bello Iugurthino milites scripsisse traditur, cum id factum ante in nulla memoria exstaret. 15 *Adsiduus* in XII Tabulis pro locuplete et facile facienti dictus aut ab asse, id

4-5 memoriae nostrae cf. 13. 18. 2. 19. 12. 1 12 trecentis] trecenti *Obselius*  
13 publicam om. δ 16 pecuniaeque] -que F : quae γ 21 add. Hertz  
29 asse *Onions* 1882: 79 : assiduis Ψ : assibus de *Buxis* : del. una cum id est Hertz\*

563

est aere dando, cum id tempora rei publicae postulerent, aut a muneris pro familiari copia faciendi adsiduitate.

16 Verba autem Sallusti in historia Iugurthina de C. Mario consule et de capite census haec sunt:

Ipsae interea milites scribere non more maiorum nec ex classibus, sed ut libido cuiusque erat capite census plerosque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant, quod ab eo genere celebratus auctusque erat et homini potentiam quaerenti egentissimus quisque opportunissimus.

I Quid sint proletarii, quid capite censi; quid item sit in XII Tabulis adsiduus; et quae eius uocabuli ratio sit.

11

## IA

1 Gens in Italia Marsorum orta esse fertur a Circae filio. 2 Propterea Marsis hominibus, quorum dumtaxat familiae cum externis cognationibus nondum etiam permixtae corruptaeque sunt, ut quadam genitili datum ut et serpentium uirulentorum domitores sint et incentionibus herbarumque succis faciant medelarum miracula.

3 Hac eadem ut praeditos esse quosdam uidemus, qui Psylli uocantur. Quorum super nomine et genere cum in ueteribus litteris quaesisset, in quarto denique Herodoti libro fabulam de Psyllis hanc inuenimus: 4 Psyllos quondam fuisse in terra Africa conterminos Nasamonibus, Austrumque in finibus

§16 Aug. 86. 2

IA §§3-8 Hdt. 4. 173

IA T<sup>1</sup>LI: §§3-8 παραφράσεις Malmes. 64. 40-6)

12 fertur esse Xπ: [est] fertur Q a Circae filio] cuius nomen nusquam traditur 15 datum ut et] P<sup>1</sup>ST: datum est ut γ: datum ut est P<sup>2</sup>: datum ut I 16 incentionibus] incantationibus P<sup>1</sup>O<sup>1</sup>N<sup>1</sup>M<sup>1</sup>L: (in) incan. X 18 praedictos] XQ<sup>2</sup>Z 20 quaesisset] Kronenberg 1910: 24, fort. recte, sed numeri traditorum Gellianisstri sunt 21 quondam] quosdam πL

564

eorum quodam in tempore perquam ualidum ac diutinum flauisse; 5 eo flatu aquam omnem in locis in quibus colebant exaruisse; 6 Psyllos re aquaria defectos eam iniuriam grauius Austro suscensuisse, decretumque fecisse uti armis sumptis ad Austrum proinde quasi ad hostem iure belli res repetitum proficiscerentur. 7 Atque ita profectis uentum Austrum magno spiritus agmine uenisse obuim eosque uniuersos cum omnibus copiis armisque cumulis montibusque harenarum superuectis operuisse. 8 Eo facto Psyllos ad unum omnis interisse, itaque eorum fines a Nasamonibus occupatos.

IA Historia ex Herodoti libris sumpta de Psyllorum interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant.

12

## IB

1 Cloatius Verus in libris quos inscripsit uerborum a Graecis tractorum non pauca hercle dicit curiose et sagaciter conquisita, neque non tamen quaedam futilia et friuola. 2 'Errare' inquit 'dictum est ἀπὸ τοῦ ἔρρειν', uersumque infert Homeri in quo id uerbum est:

ἔρρ' ἐκ νῆκου θάκκων, ἐλέγγυτε ζώντων.

3 Item alucinari factum scripsit ex eo quod dicitur Graece ἀλόειν, unde elucium quoque esse dictum putat A littera in E uersa tarditatem quandam animi et stuporem qui alucinantibus plerumque usu uenit. 4 item fascinum appellatum quasi bascanum et fascinare esse quasi bascinare.

§2 fr. 3 Fun. κ 72 §3 fr. 2 §4 fr. 4

5 res repetitum de Buxis: res petitum Ψ (repetitum QP), T: om. L 7 eosque X<sup>1</sup>QL: eosque FO<sup>1</sup>M<sup>1</sup>N<sup>1</sup>T: eque X<sup>2</sup> 18 ΝΗΕΕΟΥ Ψ (ΝΗΕΕΟΥ XII, qui etiam ΤΑΕΕΟΝ praebent), u. Hertz θάκκων grammatici: θάκκων Ionice Homerus 20 unde elucium Caelius Rhodiginus 1516: 284=1542: 395: unde lucum F<sup>1</sup>Z: non delutum Q A littera in E Caelius Rhodiginus: D littera in C Ψ 22 appellat Ψ, corr. Fr. Skutsch pascanum F

565

5 Commode haec sane omnia et conducenter. Sed in libro  
quarto 'faenerator' inquit 'appellatus est quasi *φαινέρατος* ἀπὸ  
*τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηερότερον*, quoniam id genus homines  
speciem ostentent humanitatis et commodi esse uideantur  
inopibus nummos desiderantibus', 6 idque dixisse ait Hypsicraten  
quempiam grammaticum, cuius libri sane nobiles sunt super  
his quae a Graecis accepta sunt.

Sive hoc autem ipse Cloatius sive nescioquis alius nebulo  
effutit, nihil potest dici insulsius. 7 Faenerator enim, sicuti  
M. Varro in libro tertio de sermone Latino scripsit, 'a faenore est  
nominatus'; faenus autem dictum ait 'a fetu et quasi a fetura  
quadam pecuniae parentis atque increscentis'. 8 Idcirco et  
M. Catonem et ceteros aetatis eius *fenoratores* sine A littera pro-  
nuntiasset tradit, sicuti *fētus* ipse et *fecunditas* appellata.

18 De his uocabulis quae Cloatius Verus aut satis commode aut nimis absurde  
et inlepidè ad origines linguae Graecae redigit.

13

## II

1 *Municipes* et *municipia* uerba sunt dictu facilia et usu obuia, et  
neutiquam reperias qui haec dicit quin scire se plane putet quid  
dicat. Sed profecto aliud est atque aliter dicitur. 2 Quotus enim  
fere nostrum est, qui, cum ex colonia populi Romani sit, non et  
se municipem (esse) et populares suos municipes esse dicat,  
quod est a ratione et a ueritate longe auersum? 3 Sic adeo et  
*municipia* quid et quo iure sint quantumque a colonia differant

86 FG/H 190 F6

II T

2 quasi om. δ 3 homines Fr. Skutsch : hominem P<sup>c</sup>δ : hominum P<sup>c</sup>γQ<sup>c</sup>\*  
8 nescioquis Q : qui FyZ 11 ait F8 : om. γ : est Wilhelms 18 reperies  
P<sup>c</sup> 19 atque aliterj aliud γ 20 etj est Z : om. Q 21 *delui* (sibi)  
esse? F dicatj dicit. N<sup>c</sup> : dicit (sibi) Z

566

ignoramus, existimamusque meliore condicione esse colonias  
quam municipia.

4 De cuius opinionis tam promissae erroribus Diuus Hadrianus  
in oratione quam de Italicensibus, unde ipse ortus fuit, in senatu  
habuit peritissime disseruit, mirarique se ostendit, quod et ipsi  
5 Italicenses et quaedam item alia municipia antiqua, in quibus  
Vticeses nominat, cum suis moribus legibusque uti possent, in  
ius coloniatarum mutari gestuerint. 5 Praenestinos autem refert  
maximo opere a Tiberio imperatore petisse orassequae ut ex  
colonia in municipii statum redigerentur, idque illis Tiberium  
10 pro referenda gratia tribuisse, quod in eorum finibus sub ipso  
oppido ex capitali morbo reualuisset.

6 Municipis ergo sunt ciues Romani ex municipiis legibus  
suis et suo iure utentes, muneris tantum cum populo Romano  
15 honorari participes, a quo munere capeendo appellati uiden-  
tur, nullis aliis necessitatibus neque ulla populi Romani lege  
adstricti, nisi in quam populus eorum fundus factus est.  
7 Primos autem municipes sine suffragii iure Caerites esse factos  
accepimus, concessumque illis ut ciuitatis Romanae honorem  
20 quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus uacarent  
pro sacris bello Gallico receptis custodisque. Hinc tabulae  
Caerites appellatae uersa uice, in quas censores referri iubebant  
quos notae causa suffragiis priuabant.

8 Sed coloniatarum alia necessitudo est; non enim ueniunt  
25 extrinsecus in ciuitatem nec suis radicibus nituntur, sed ex ciui-  
tate quasi propagatae sunt et iura institutaque omnia populi  
Romani, non sui arbitrii, habent. 9 Quae tamen condicio, cum  
sit magis obnoxia et minus libera, potior tamen et praestabilior  
existimatur propter amplitudinem maiestatemque populi

3 Diuisj hinc T : diues F 8 gestuerunt N<sup>c</sup> : gestauerint P<sup>c</sup>Q<sup>c</sup>δ  
11 referenda] ferenda Xδ 15 honorari P<sup>c</sup> : onerari P<sup>c</sup> 17 adstrictij  
stricti δ misij ni OX<sup>r</sup> in quam FT : inquam OX<sup>r</sup>δ 26 iura] iniuria δ  
29 maiestatemque P<sup>c</sup>

567



1 Cum librum ueteris scriptoris legebamus, conabamur postea memoriae uegetandae gratia indipisci animo ac recensere, quae in eo libro scripta essent in utrasque existimationes laudis aut culpae adnotamentis digna, eratque hoc sane quam utile exercitium ad conciliandas nobis, ubi uenisset usus, uerborum sententiarumque elegantium recordationes. 2 Velut haec uerba ex Q. Claudii primo annali quae meminisse potui notaui, quem librum legimus biduo proximo superiore.

3 'Arma' inquit plerique abiciunt atque inermi inlatebrant sese. *Inlatebrant* uerbum poeticum uisum est, sed non absurdum neque asperum.

4 'Ea' inquit dum fiunt, Latini subnixo animo (et uictoriae certi consilium ineunt. *Subnixo animo*) quasi sublimi et supra nixo, uerbum bene significans et non fortuitum; demonstratque animi altitudinem fiduciamque, quoniam, quibus innititur, eis quasi erigimur attollimurque.

5 'Domus' inquit 'suas quemque ire iubet et sua omnia frunisci.' (*Frunisci*) rarius quidem fuit in aetate M. Tulli ac deinceps infra rarissimum, dubitatumque est ab imperitis antiquitatis an Latinum foret. 6 Non modo autem Latinum, sed iucundius amoeniusque etiam uerbum est *fruniscor* quam *fruo*, et ut *fatiscor* a *fateor*, ita *fruniscor* factum est a *fruo*. 7 Q. Metellus Numidicus, qui caste pureque lingua usus Latina uidetur, in

§3 FRHist 24 F17

§4 F8

§5 F20

§3 Non. 188 (129. 21-3), §4 Non. 658 (405. 28-30), §5 Non. 162 (113. 8-9), §8 Non. 162 (113. 9-10), §9 Non. 123 (87. 3-6), §16 Non. 143 (100. 14-17), §20 Non. 143 (100. 18-19)

4 eratque erat quam δ 12-13 et—ineunt om. γ : e Nonio haust Hertz 12 et uictoriae certi Canter 1571: 349 : ex uictoria inerti codd. Non. 15 altitudinem] fortunidinem γ 18 add. Carrib 22 fatisco FZ

epistula quam exul ad Domitios misit ita scripsit: 'Illi uero omni iure atque honestate interdicti, ego neque aqua neque igni careo et summa gloria fruniscor.' 8 Nouius in Atellania quae Parcus inscripta est hoc uerbo ita utitur:

5 quod magno opere quaesierunt, id frunisci non queunt. 77 qui non parsit apud se. (\*\*\*) frunitus est.

9 'Et Romani' inquit 'multis armis et magno comiteatu praedaque ingenti copiantur.' (*Copiantur*) uerbum castrense est, nec facile id reperias apud ciuilium causarum oratores, ex eademque figura est qua *legantur* et *pabulantur* et *aquantur*.

10 'Sole' inquit 'ocasso'. *Sole ocasso* non insuauit uetustate est, si quis aurem habeat non sordidam nec proculcatam; in duodecim autem tabulis uerbum hoc ita scriptum est: 'Ante meridiem causam coniciunto, comperoranto ambo praesentes. Post meridiem praesenti litem addicito. Si ambo praesentes, sol occasus suprema tempestas esto.'

11 'Nos' inquit 'in medium relinquemus.' *Vulgus in medio* dicit; nam uitium esse istuc putat et, si dicas 'in medium ponere', id quoque esse soloecon putant; set probabilius significantiusque sic dici uidebitur, si quis ea uerba non incuriose introspiciat; Graece quoque *θεῖναι ἐν μέσσοις*, uitium id non est.

12 'Postquam nuntiatum est' inquit 'ut pugnatum esset in Gallos, id ciuitas grauitur tulit.' *In Gallos* mundius subtiliusque

§7 fr. 1b Cugusi §8 uu. 77-8 R. §9 F21 §10 F22 XII Tabb. 1. 6-9(b) §11 F23 §12 F24

1 scripsit hoc uerbum quatuor folia 9. 2. 10 harmodii—9. 8. 1 indigentiam, 9. 12. 10 non—9. 16. 6 reddi, continentia in X tralecta 5 magnopere pr: IZ 6 spar sit F add. Hertz 11 sole ocasso om. δ uenustate γ esj et δ 14 coniciunto Scaliger 1575: cxxv : iunt γ com-] u. RS ii. 596 : tunc MacdWig 1873: 666 : tum Mommsen ap. Bruns 1909: 19 peroranto Bergk 1864: 605-6 = 1884-6: 741 : perorant γ si ambo praesentes ad. Scaliger 18 esse FZ : est Q : om. γ 19 soloecon (-cum) putant pr. rec. : so[ole] computant FOX<sup>4</sup>: ANZ5 : soloecismum putant X<sup>2</sup>: IJQ set Carrib : et γ

est, quam cum Gallis aut contra Gallos; nam pinguiora haec obsoletioraque sunt.

13 'Simul' inquit 'forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia pariter praecebat, ut facile intellegeretur magnum uaticum ex se atque in se ad rem publicam euertendam habere.' *Magnum uaticum* pro magna facultate et paratu magno noue positum est, uideturque Graecos secutus, qui ἐφόδιον a sumptu uiae ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt ac saepe ἐφόδιον pro eo dicunt quod est *institue* et *instrue*.

14 'Nam Marcus' inquit 'Manlius, quem Capitolium seruasse a Gallis supra ostendi cuiusque operam cum M. Furio dictatore apud Gallos cumprime fortem atque (in)exsuperabilem res publica sensit, is et genere et ui et uirtute bellica nemini concedebat.' *Adprime* crebrius est, *cumprime* rarius, *ductumque* ex eo est quod *cumprimis* dicebant pro eo quod est *inprimis*.

15 'Nihil sibi' inquit 'diuitias opus esse.' Nos *diuitis* dicimus. Sed uitium hoc orationis nullum est, ac ne id quidem est quod figura dici solet; recta enim istaec oratio est, et ueteres conpluculei ita dixerunt, nec ratio dici potest, cur rectius sit *diuitis opus esse* quam *diuitias*, nisi qui grammaticorum noua instituta ut *θεμελίον* *ἰερά* obseruant.

16 'Nam in hoc' inquit 'maxime uersatur deorum iniquitas, quod deteriores sunt incolumiores neque optimum quemque inter nos sinunt diurnare.' Inusitate *diurnare* dixit pro *diu uiuere*, sed ex ea figuratone est qua dicimus *perennare*.

§13 F4 §14 F3 §15 F35 §16 F26

1-2 absolutioraque γ 4 praeco(ι)l-δ 5-6 ex-uaticum om. γQ 7 a Carrio; a. Z.: om. FγQ 9 ἐφοδιακον Stephanus 1585b: 164: ἐφοδιακον ψ 10 quem om. δ 12 adid. Briscoe FRHS: fl. 307\* 13 ui et uirtute bellica non idem uident (9. 13. 7 confert Heraeus) 15 eo pax: om. P-O-πNδ 16-17 dicimus—est] dici δ 17 sed Carrio: et ψ 18-19 conpluculei scripti, cf. 19. 13. 3: 'ii s': 'le ψ' 21 θεμελίον] reueluon] rec., sed ut θεμελίον ἰερά t. q. quasi leges sacras tulissent (Lloyd-Jones ap. Hoiford-Stevens 1989: 152-3) 22 in hoc scripti: haec ψ\* 23 quemque Folsenius in exemplari suo: quemquam ψ, Notius\* 25 figuratone] figura γ

17 'Cum iis' inquit 'consermonabatur.' *Sermonari* rusticus uidetur, sed rectius est; *sermochari* crebrius est, sed corruptius.

18 'Sese' inquit 'ne id quoque, quod tum suaderet, facturum esse.' Ne id quoque dixit pro ne id quidem, infrequens nunc in loquendo, sed in libris ueterum creberrimum.

19 'Tanta' inquit 'sanctitudo fani est ut numquam quisquam uiolare sit ausus.' *Sanctitas* quoque et *sanctioria* non minus Latine dicuntur, sed nescioquī maioris dignitatis est uerbum *sanctitudo*, 20 sicuti M. Cato in L. Veturium *duritudinem* quam *duritiam* dicere grauius putauit: 'Qui illius' inquit 'impudentiam norat et duritudinem.'

21 'Cum tantus' inquit 'arrabo penes Samnites populi Romani esset.' *Arrabonem* dixit sescentos obsides et id maluit quam *pinus* dicere, quoniam uis huius uocabuli in ea sententia grauior acriorque est; sed nunc *arrabo* in sordidis uerbis haberi coepit ac multo uidetur sordidius *arra*, quamquam *arra* quoque ueteres saepe dixerint, 22 et conpluriens *Laberius*.

'Miserrimas' inquit 'uitas exegerunt', 23 et 'hic nimis in otis' inquit 'consumptus est.' *Elegantia* utrobique ex multitudinis numero quaesita est.

24 'Cominius', inquit 'qua ascenderat, descendit atque uerba Gallis dedit.' Verba *Cominium* dedisse Gallis dicit, qui nihil quicquam cuiquam dixerat; neque eum Galli qui Capitolium

§17 F27 §18 F12 §19 F28 §20 ff. 75 Malc. = 62 CSbC 17. 2.  
20 §21 F15 §22 ff. 78 Pan. F29 §23 F30 §24 F1

1 iis RQ: his Z: his γ 2 est' om. γ crebrius de Buxis: rectius ψ: trinitus Hostius: teretius Orh 1953: 394 3 sese] esse δ 8 nescioqui Madvig 1873: 606: nescioquid ψ, quo seruato uerbo Hertze\* 15-16 coeptum ψ, corr. Damsté 1920: 201 16 sordidius om. γ ((rectius) uidetur w) 17-18 inquit *Laberius* (miserrimis) rec. quidam: inquit in laboribus de Buxis, quo factum est ut Longolius numerum 22 ante Et conpluriales (ita enim edidit) positum uoluerit 18 uitas] uias QN nimis Lambecus 1647: 67: minus FXπ: minus ON: minus Z: minus Q: annus Peter 1867: 152 19-20 multitudine numeri ψ, corr. Goebel 1903: 153 22 dicit de Buxis: dicas ψ

obsidebant ascendentem (aut descendentem) uiderant. Sed *uerba dedit* haut secus posuit, quam si tu dicas *latuit atque obrepsit*.

25 'Conualles' inquit 'et arboreta magna erant.' *Arboreta* ignobilius uerbum est, *arbuta* celebratius.

26 'Putabant' inquit 'eos, qui foris atque qui in arce erant, 5 inter se commutationes et consilia facere.' *Commutationes*, id est conlationes communicationesque, non usitate dixit, set non hercle inscite nec ineleganter.

27 Haec ego pauca interim super eo libro, quorum memoria post lectionem subpetierat mihi, notauit.

B Verba quaedam ex Q. Claudii annalium primo cursim in legendo notata.

## Γ

3  
1 In sermonibus forte quos de temporibus rerum ad usus hominum repertarum agitabamus, adulescens quispiam non indotus sparti quoque usum in terra Graecia diu incognitum fuisse dixit multisque post illum captum tempestatibus ex terra Hispania aduectum. 2 Riserunt hoc ad inludendum ex iis qui ibi aderant unus atque alter male homines litterati, quod genus *ἀγοραίων* Graeci appellant, atque eum qui id dixerat librum legisse Homeri aiebant cui uersus hic forte deesset:

*καὶ δὴ δούρα ἐέχηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυντα.*

3 Tum ille prorsum inritatus 'non' inquit 'meo libro uersus, sed uobis plane magister defuit, si creditis in eo uersu *σπάρτα* id significare quod nos spartum dicimus.' 4 Maiorem illi risum

\$25 F31 \$26 F2 I §2 B 135 §4 Ant. rer. hum. 25 fr. 4 Mürsch  
1 *add. de Buxis* 4 est om. δ 7 usitate—sej inusitate dixisset δ  
12-13 in sermonibus—agitabamus praecedenti capitulo contingunt V, dixit Lipsius  
1575: 25 16 iis] his πQ: huius Z 21 meo] in eo δ 22 sed] se Z: ipse Q

subiciunt, neque id destiterunt nisi liber ab eo prolatus esset M. Varronis uicesimus quintus humanarum, in quo de isto Homeri uerbo a Varrone ita scriptum est:

Ego *σπάρτα* apud Homerum. non plus spartum significare puto quam *σπάρτος*, qui dicitur in agro Thebano nati. In Graecia sparti copia modo coepit esse ex Hispania. Neque ea ipsa facultate usi liburni, set hi plerasque naues loris suebant, Graeci magis cannabo et stuppa ceterisque satius rebus, a quibus *σπάρτα* appellabant.

5 Quod cum ita Varro dicat, dubito hercle an posterior syllaba in eo uerbo quod apud Homerum est acuenda sit, nisi quia uoces huiusmodi, cum ex communi significatione in rei certae proprietatem concedunt, diuersitate accentuum separantur.

Γ Verba M. Varronis ex libro quinto et uicesimo humanarum, quibus contra opinionem uolgariam interpretatus est Homeri uersum.

## Δ

4  
1 Menander a Philemone, nequaquam pari scriptore, in certaminibus comoediarum ambitu gratiaque et factionibus saepenumero uincebatur. 2 Eum cum forte habuisset obuiam, 'quaso,' inquit, 'Philemo, bona uenia dic mihi, cum me uincis, non erubescis?'

3 Euripiden quoque M. Varro ait, cum quinque et septuaginta tragoedias scripserit, in quinque solis uicisse, cum eum saepe uincerent aliquot poetae ignauissimi. 4 Menandrum autem alii centum octo, partim centum nouem reliquisse comoedias ferunt.

Δ fr. 298 Fun.

A T

1 destituerunt Q: distinu. Z 5 *σπάρτος*] u. Höflford-Svevens 1985: 112: Spartos  
Papmia 1601: 182 6 liburnis et δ 9 dubito] t.g. haud scio an: subito δ  
12 accentuum F 17 abitu F

id est: cum aedis vendidit, particulam quandam quae post eas aedis erat non vendidit, sed retinuit. 8 Ipse etiam Cato mulierem demonstrare locupletem uolens 'mulier' inquit 'et magnam dotem dat et magnam pecuniam recipit', hoc est: et magnam dotem dat et magnam pecuniam retinet. 9 Ex ea igitur re familiari quam sibi dote data retinuit pecuniam uiro mutuam dat. 10 Eam pecuniam cum uiro forte irata repetere instituit, adponit ei flagitatorum seruorum recepticium, hoc est proprium seruorum suorum, quem cum pecunia reliqua receperat neque dederat doti sed retinuerat; non enim seruo mariti imperare hoc mulierem fas erat, sed proprio suo.

11 Plura dicere quibus hoc nostrum tuar supersedeo: ipsa enim sunt per sese euidentia et quod a Verrio dicitur et quod a nobis: utrum ergo uidebitur cuique uerius, eo utatur.

F Falsum esse quod Verrius Flaccus in libro secundo quos de obscuris M. Catonis composuit de seruo recepticio scriptum reliquit.

## Z

1 Legis ueteris Atiniae uerba sunt: 'Quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto.' 2 Quis aliud putes in hisce uerbis quam de tempore tantum futuro legem loqui? 3 Sed Q. Scaeuola patrem suum et Brutum et Manlium, uiros adprime doctos, quaesisse ait dubitasseque utrumne in post facta modo furta lex ualeret an etiam in ante facta; quoniam 'subruptum erit' utrumque tempus uideretur ostendere, tam praeteritum quam futurum.

4 Itaque P. Nigidius, ciuitatis Romanae doctissimus, super dubitatione hac eorum scripsit in tertio uicesimo grammaticorum.

Z §1. RS ii. 745-6 §3 fr. 3 H.-S.-K §§4-8 fr. 34 Sw.

4-5 recipit—pecuniam om. δ 6 sibi om. F 8 et Non. : et δ : om. Fy  
13-14 a nobis quod Y, corr. de Buxis 18 aliud rec. : alius FOπAδ : alius X  
19 Q. Wilhelmus, Z: qui(e) FOXπNQ 20 manlium OXπ 25 hac P<sup>2</sup>X<sup>2</sup>-haec Y  
grammaticorum Egnatius : com(m)aticorum Y

commentariorum; atque ipse quoque idem putat incertam esse temporis demonstrationem, 5 sed anguste perquam et obscure disserit, ut signa rerum ponere uideatur ad subsidium magis memoriae suae quam ad legendium disciplinam. 6 Videbatur tamen hoc dicere, suum uerbum et (est) esse et erit: quando per sese ponuntur, habent atque retinent tempus suum; cum uero praeterito iunguntur, uim temporis sui amittunt et in praeteritum contendunt. 7 Cum enim dico in campo est, in comitio tempus instans significo; item cum dico in campo erit, (in comitio erit), tempus futurum demonstro; at cum dico factum est, scriptum est, subruptum est, quamquam est uerbum temporis sit praesentis, confunditur tamen cum praeterito et praesens esse desinit. 8 'Sic igitur' inquit 'etiam istud quod in lege est, si diuidas separetque duo uerba haec subruptum est erit, ut sic audias subruptum (erit) tamquam certamen erit aut sacrificium erit, tum uidebitur lex in post futurum loqui; si uero copulate permixtue dictum intellegas, ut subruptum erit non duo, sed unum uerbum sit idque unitum patiendi declinatione sit, tum hoc uerbo non minus praeteritum tempus ostenditur quam futurum.'

Z Verba haec ex Atinia lege. 'quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto', P. Nigidio et Q. Scaeuolae uisa esse non minus de praeterito furto quam de futuro cauisse.

## H

1 Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cena plerumque ad id diei ubi iam uesperauerat; id enim est tempus istic cenandi.

H T. §§6-16 cf. Macrob. Sat. 7. 12. 28-31

3 uideatur Klem 2863, cf. 16. 8. 3 : uideas Y 5 suum et et om. γ add.  
Hertz 1873: 74 post Madvig 1873: 606 : est pro esse (O<sup>lms</sup>) 8 (et) in? δ  
9-10 add. Marshall 11 subruptum est om. F sit est Q: om. Z 15 add. Hertz  
17 ut] uis δ 18 idque] itque Z : itaque Q unita Y, corr. Hertz

fistulam per quam spiritus reciprocatur, eaque offensione inter-  
cluderetur animae uia, inpositam esse arte quadam et ope natu-  
rae inde apud duo ista foramina quae dicitur ἐπιλωττις, quasi  
claustra quaedam mobilia conuientia uicissim et resurgentia,  
5 eamque ἐπιλωττιδα inter edendum bibendumque operire  
atque protegere τὴν παραείαν ἀσθηρίαν, ne quid ex esca potuue  
incideret in illud quasi aestuantis animae iter; ac propterea  
nihil umoris influere in pulmonem ore ipso arteriae communito.

6 Haec Erasistratus medicus aduersum Platonem. Sed Plutarchus  
in libro symposiacorum (VII) auctorem Platonis sententiæ  
10 Hippocraten dicit fuisse idemque esse opinatos et Philistiona  
Locrum et Dioxippum Hippocraticum, ueteres medicos et nobiles,  
atque illam de qua Erasistratus dixerat ἐπιλωττιδα non idcirco eo  
in loco constitutam, ne quid ex potu influeret in arteriam.—nam  
pulmoni quoque fouendo rigandoque utiles necessariosque  
15 umores uideri—set adpositam quasi moderatricem quandam et  
arbitram prohibendi admittendique, quod ex salutis usu foret,  
uti edulia quidem omnia defenderet ab arteria depelleretque in  
stomachum, potum autem pariretur inter stomachum et pulmo-  
nem, et quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet,  
20 non rapidum id neque uniuersum, sed quadam quasi obice sus-  
tentatum ac repressum sensim paulatimque tramitteret atque  
omne reliquum in alteram stomachi fistulam deriuaret.

IA Quod Plutarchus in libris symposiacis opinionem Platonis de habitu atque  
natura stomachi fistulaeque eius quae παραεία dicitur aduersum Erasistratum  
25 medicum tutatus est auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

§6 Philistio fr. 7 Wellmann

10 add. Fr. Skutsch; u. Bernardi Perini 1976: 145-7 = 2009: 308-10 : septimo pro libro  
tam Volkman 1872-3: 7: 5 11 Hippocraten] tem Z: 4g v 12 Dioxippum]  
inimo Dioxippum (Wellmann 1901: 112, 1906: 294-5), sed error Plutarchi est 13 dix-  
rat δ: dixerit Fy 13-14 eo in loco] in eo libro γ 15 utiles FQ: utile Z: om. γ  
16 et om. F-γ 17 admittendique Ascensius 1524: admittendique ψ 23 omne  
Maadwig 1873: 607: omnem ψ relictum P=O

596

IB

1 Infames materias, siue quis mauult dicere inopinabiles, quas  
Graeci ἀδόξους ὑποθέσειε appellat, et ueteres adorti sunt non  
sophistae solum, sed philosophi quoque, et noster Fauorinus  
oppido quam libens in eas materias (se) deiciebat uel ingenio  
5 expurgando ratus idoneas uel exercendis argutis uel edoman-  
dis usu difficultatibus, 2 sicuti, cum Thersitae laudes quaesiuit  
et cum febrim quartis diebus recurrentem laudauit, lepida sane  
multa et non facilia inuentu in utramque causam dixit eaque  
scripta in libris reliquit. 3 Sed in febris laudibus testem etiam  
10 Platonem produxit, quem scripsisse ait, qui quartanam passus  
conualuerit uiresque integras recuperauerit, fidelius constan-  
tiusque postea ualiturum. Atque inibi (in) isdem laudibus non  
hercle hac sententia inuenuste lusit: 4 'uersus' inquit 'est  
longo hominum aeuo probatus:

15 ἄλλοτε μῆτρυνή πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μῆτρρ.

Eo uersu significatur non omni die bene esse posse, sed isto bene  
atque alio male. 5 Quod cum ita sit' inquit 'ut in rebus humanis  
bene aut male uice alterna sit, haec biduo medio interuallata  
febris quanto est fortunatior, in qua est μία μῆτρυνή, δύο μῆτέρεσι'  
20 De materiis infamibus, quas Graeci ἀδόξους appellant, a Fauorino exer-  
cendi gratia disputatis.

II

1 Quin particula, quam grammatici coniunctionem appellant,  
uariis modis sententiisque conectere orationem uidetur.

§§3-5 fr. 28 Amato §3 non hoc dicit Plat. Tim. 86 A §4 Opp. 825

IB T

4 add. Maadwig 1873: 607 deiciebat T: deiciebat ψ (dicebat X) 9 laudibus  
om. F 12 in add. de Buxis 23 sient] sint II: fient δ

597

2 Aliter enim dici putatur cum quasi increpantes uel interrogantes uel exhortantes dicimus 'quin uenis?' 'quin legis?' 'quin fugis?', aliter cum ita confirmamus, 'non dubium est quin M. Tullius omnium sit eloquentissimus', aliter autem cum sic componimus, quod quasi priori uidetur contrarium, 'non idcirco causas Isocrates non defendit, quin id utile esse et honestum existimant'; 3 a quo illa significatio non abhorret quae est in tertia origine M. Catonis: 'Haut eos' inquit 'eo postremum scribo, quin populi et boni et strenui stent.' 4 In secunda quoque origine M. Cato non longe secus hac particula usus est: 'Neque satis' inquit 'habuit quod eam in occulto uitauerat, quin eius famam prostitueret.'

5 Praeterea animaduertimus Quadriganum in octauo annali particula ista usum esse obscurissime. Verba ipsius posuimus: 'Romam uenit; uix superat quin triumphus decernatur.' 6 Item in sexto annali eiusdem uerba haec sunt: 'Paene factum est quin castra relinquerent atque cederent hosti.'

7 Non me autem praeterit dicere aliquem posse de summo pectore nil esse in his uerbis negotii; 8 nam *quin* utrobique positum pro *ut* planissimumque esse si ita dicas: 'Romam uenit; uix superat ut triumphus decernatur'; item alio in loco: 'Paene factum est ut castra relinquerent atque cederent hosti.' 9 Sed utantur sane qui tam expediti sunt perfugiis commutationum in uerbis quae non intelleguntur, utantur tamen, ubi id facere poterunt, uerecundius.

10 Hanc uero particulam de qua dicimus nisi quis didicerit compositam copulatamque esse neque uim tantum coniungendi habere, sed certa quadam significatione factam, numquam

§3 FRHist 5 F41 = 78 CSbC §4 F27 = 40 CSbC §6 FRHist 24 F59 §8 F72

11 eam X<sup>e</sup>, *Carrio*: eum *Ψ* *μαρ' Ιτροπία'* 22-3 hostis educantur FZ: hosti caducantur Q 23 perfugiis de *Buxis*: perfugii *Ψ*, sed io P<sup>e</sup> 26 uero om. δ

profecto rationes ac uarietates istius comprehensurus est. 11 Quod quia longioris dissertationis est, poterit cui otium est reperire hoc in P. Nigidi commentariis quos grammaticos inscripsit.

5 IT *Quin* particula quot qualesque uarietates significationis habeat, et quam saepe in ueterum scripthis obscura sit.

## IA

14

1 Publius mimos scriptitauit, dignusque habitus est qui subpar Laberio iudicaretur; 2 C. autem Caesarem ita Laberii maledicentia et adrogantia offendebat, ut acceptiores et probatores sibi esse Publili quam Laberii mimos praedicaret. 3 Huius Publilii sententiae feruntur pleraeque lepidae et ad communem sermonum usum commodatissimae, 4 ex quibus sunt istae singulis uersibus circumscriptae, quas libitum hercle est adscribere:

Malum est consilium quod mutari non potest. M54 Meyer  
Beneficium dando accepti qui digno dedit. B12  
Feras, non culpes, quod uitari non potest. F11  
Cui plus licet quam par est plus uult quam licet. C46  
Comes facundus in uia pro uehiculo est. C47  
Frugalitas miseria est rumoris boni. F28  
Heredis fletus sub persona risus est. H19

§11 fr. 52 Sw.

IA T; §§3-4 Macrobo. Sat. 2. 7. 10-11; §4 Δ; F1 cf. Sarris. Pol. 7. 3 (ii. 100. 12-13 Webb) cum... stultumque sit timere quod uitari non potest

7 Publius P<sup>e</sup>Z: Publilius G: Publius P<sup>e</sup>OXITwNQ -que om. δ 9 et probatores om. δ 10 Publili<sup>i</sup> F: Publili<sup>i</sup> γδ Publili<sup>i</sup> F: Publili<sup>i</sup> γδ: utrumque codd. Macrobo. §10 12 commendatissimae *Ψ*: commodatissimae rec. : ac commodatissimae Macrobo., δ 13 est hercle IT<sup>e</sup>T om. Macrobo. §11 16 culpas δ uitari *Ψ*, Sarris: mutari TΔ, Macrobo., nec non codd. Publili<sup>i</sup> plerique; prob. Soter 4526<sup>e</sup> 17 plus<sup>1</sup> plusquam δ om. Δ 19 miseria X<sup>e</sup>, Macrobo., Publili<sup>i</sup>: inserta *Ψ* 20 risus<sup>1</sup> risacus Q: risaeus Z

Malum est consilium quod mutari non potest. M54 Meyer  
 Furor fit laesa saepius patientia. I13  
 Inprobe Neptunum accusat qui iterum naufragium facit. I63  
 Ita amicum habebas posse ut fieri hunc inimicum putes. I16  
 Veterem ferendo iniuriam inuites nouam. V16 S  
 Numquam periculum sine periculo uincitur. N7  
 Nimium altercando ueritas amittitur. N40  
 Pars benefici est, quod petitur si belle neget. P20

1A Sententiae ex Publili mimis selectae lepidiores.

15

## IE

1 Carneades Academicus scripturus aduersum Stoici Zenonis<sup>10</sup>  
 libros superiora corporis elleboro candido punguit, ne quid ex  
 corruptis in stomacho umoribus ad domicilia usque animi  
 redundaret et instantiam uigoremque mentis labefaceret;  
 2 tanta cura tantoque apparatu sui uir ingenio praestanti ad  
 refellenda quae scripserat Zeno aggressus.

3 Id cum in historia Graeca legissem, quod 'elleboro candido'  
 scriptum erat quid esset quaesiu. 4 Tum comperi duas species  
 ellebori esse discerniculo coloris insignes, candidi et nigri; eos  
 autem colores non in semine ellebori neque in uirgultis sed in  
 radice dinosci; candido stomachum et uentrem superiorem<sup>20</sup>  
 uomitionibus purgari; nigro aluum quae inferior uocatur dilui;  
 utriusque esse hanc uim, ut umores noxios in quibus causae  
 morborum sunt extrahant; 5 esse autem periculum, ne inter  
 causas morborum, omni corporum uia patefacta, ea quoque

2 laesa O'X\*Δ, Macroβ., Publil. : in laesa FO'X\*πN6 4 (facile) fieri  
 Publil. 5 inuites] uites F 6 periculum F : periculum γδΔ per-  
 clo Macroβ. : periculo ψΔ (est) uincitur δ 7 amittitur πσ, γΔ : admitti-  
 tur πσ 8 belle s, Publilius : uelle ψT : uelle te Δ : cito X\* (item π), Macroβ.  
 16 id] idque δ legisset δ

600

ipsa in quibus causa uiuendi est (amittantur), amissoque omni  
 naturali alimoniae fundamento homo exhaustus intereat. 6 Set  
 elleborum sumi posse tutissime in insula Anticyra Plinius  
 Secundus in libris naturalis historiae scripsit. Propterea Liuuium  
 Drusum, qui tribunus plebi fuit, cum morbum qui comitialis  
 dicitur pateretur, Anticyram nauigasse et in ea insula ellebo-  
 rum bibisse ait atque ita morbo liberatum.

7 Praeterea scriptum legitur Gallos in uenatibus tinguer  
 elleboro sagittas, quod his ictae (et) examinatae ferae teneri-  
 ores ad epulas fiant; sed propter ellebori contagium uulnera ex  
 sagittis facta circumcidere latius dicuntur.

IE Quod Carneades Academicus elleboro stomachum punguit scripturus aduersus  
 Zenonis Stoici decreta; deque natura medelaque ellebori candidi et nigri.

## IF

16

1 Anates Ponticas dicitur edundis uulgo uenenis uicitare.  
 2 Scriptorum etiam a Lenaeo, Cn. Pompei liberto, Mithridatem  
 illum Ponti regem medicinae rei et remedium id genus sol-  
 lertem fuisse, solitumque earum sanguinem miscere medica-  
 mentis quae digerendis uenenis ualent, eumque sanguinem uel  
 potentissimum esse in ea confectio; 3 ipsum autem regem  
 adsiduo talium medelarum usu a clandestinis epularum insidiis  
 cauisse, 4 quin et scientem quoque ultro et ostentandi gratia  
 uenenum rapidum et uelox saepenumero hausisse, atque id  
 tamen sine noxa fuisse. 5 Quamobrem postea, cum proelio  
 uictus in ultima regni refugisset et mori decreuisset, uenena

§6 NH 25. 52 IF §2 sub test. 5 Fun.

## IFT

1 add. Vahlen 1900: 137-8 8 propterea δ add. Hertz 16 [rei] πσ,  
 sed cf. 18. 10. 8 18 dirigendis T 20 medullarum T 21 cauisse-  
 ostentandij] tentandi Q : temptandi Z 23 nox adfuisse δ

601

criminosaque et uirulenta qua Timarchum de inpudicia grauiter insigniterque accusauit, nobile et illustre consilium Lacedaemoniis dedisse dicit uirum indidem ciuitatis eiusdem principem uirtute atque aetate magna praeditum. 2 'Populus' inquit 'Lacedaemonius de summa re publica sua quidnam esset utile et honestum deliberabat. 3 Tum exurgit sententiae dicendae gratia homo quispiam turpitudine pristinae uitae defamatus, sed lingua tunc atque facundia nimium quanto praestabilis. 4 Consilium quod dabat quodque oportere fieri suadebat acceptum ab uniuersis et complacitum est, futurumque erat ex eius sententia populi decretum. 5 Ibi unus ex illo principum ordine quos Lacedaemonii aetatis dignitatisque maiestate tamquam arbitros et magistros disciplinae publicae uerebantur commoto iritatoque animo exiit et "quaenam," inquit, "Lacedaemonii, ratio aut quae tandem spes erit urbem hanc et hanc rem publicam saluam inexpugnabilemque esse diutius posse, si huiusmodi anteactae uitae hominibus consiliariis utemur? quod si proba istaec et honesta sententia est, quaeso uos, non sinamus eandem dehonestari turpissimi auctoris contagio." 6 Atque ubi hoc dixit, elegit uirum fortitudine atque iustitia praeter alios praestantem, sed inopi lingua et infacundum, iussitque eum consensu petituque omnium eandem illam sententiam disertum uiri cuiusmodi posset uerbis dicere, ut nulla prioris mentione habita scitum atque decretum populi ex eius unius nomine fieret qui id ipsum denuo dixerat. 7 Atque ita, ut suaserat prudentissimus senex, factum est. 8 Sic bona sententia mansit, turpis auctor mutatus est.

Γ Quid Aeschines rhetor in oratione qua Timarchum de inpudicia accusauit Lacedaemonios statuisse dixerit super sententia probatissima quam improbatissimus homo dixisset.

2 accusauit - bit Z : - bat Q 7-8 defamatus diff. P<sup>2</sup> δ u 14 irritatoque iratoque γ T : iritatoque u 20 elegit φ : eligit ψ 23 cuiusmodi F : cuiusmodi Q φ possit δ 25 qui id Crorouius ap. filium : quod ψ φ

1 Cum iam adulescentuli Romae praetexam et puerilem togam mutassemus, magistrosque tunc nobis nosmet ipsi exploratores quaeremus, in Sandalario forte apud librariorum fumus, cum ibi in multorum hominum coetu Apollinaris Sulpicius, uir in memoria nostra praeter alios doctus, iactatorem quempiam et uenditatorem Sallustianae lectionis inrisit inlusitque genere illo facetissimae dissimulationis qua Socrates ad sophistas utebatur. 2 Nam cum ille se unum et unicum lectorem esse enarrantemque Sallustii diceret neque primam tantum cutem ac speciem sententiarum, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam uerborum eius eruere atque introspicere penitus praedicaret, tum Apollinaris, amplecti uenerarique se doctrinas illius dicens, 'per,' inquit, 'magister optume, exoptatus mihi nunc uenis cum sanguine et medulla Sallustii uerborum. 3 Hesterno enim die quaerebatur ex me quidnam uerba haec eius in quarto historiarum libro (de) Cn. Lentulo scripta significant, de quo incertum fuisse ait stolidiorne esset an uanior', eaque ipsa uerba uti sunt a Sallustio scripta dixit. 4 At Cn. Lentulus patriciae gentis, collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum stolidior an uanior, legem de pecunia, quam Sulla emptoribus bonorum remiserat, exigenda promulgauit. 5 Quaesitum ergo ex se Apollinaris neque id se dissoluere potuisse adseuerabat, quid esset uanior et quid stolidior, quoniam Sallustius sic ea separasse atque opposuisse inter se uideretur, tamquam diuersa ac dissimilia nec eiusdem utraque uitii forent, ac propterea petebat uti se doceret significationes utriusque uocis et origines.

§§1-5 Hist. 4 fr. 1

φ(TYHM)

2 nobis nosmet nobismet γ φ 8-9 enarrantemque rec. : narra- ψ φ  
16 add. de Buxis : (a) Q : om. F/ζ φ 17 stolidiorque F δ 17-20 eaque-  
uanior post §6 hominem δ 18 at om. δ 19 claudiano δ



6 Tum ille rictu oris labearumque ductu contemni a se ostendens et rem de qua quaeretur et hominem ipsum qui quaereret 'priscorum' inquit 'et remotorum ego uerborum medullas et sanguinem, sicuti dixi, perspicere et elicere soleo, non istorum quae proculcata uulgo et protrita sunt. Ipso illo quippe Cn. Lentulo stolidior est et uanior qui ignorat eiusdem stultitiae esse uanitatem et stoliditatem.' 7 Sed ubi hoc dixit, media ipsa sermonum reliquit et abire coepit. 8 Nos deinde eum tenebamus urgebamusque, et cum primis Apollinaris, ut de uocabulorum istorum uel differentia, uel si ei ita uideretur similitudine, plenius apertiusque dissereret et ut ne sibi inuideret discere uolenti orabat. 9 Atque ille se iam plane inludi ratus negotium sibi esse causatur et digreditur.

10 Nos autem postea ex Apollinari didicimus uanos proprie dici, non ut uulgo diceret, desipientis aut hebetes aut ineptos, sed, ut ueterum doctissimi dixissent, mendaces et infidos et leuia inaniaque pro grauibus et ueris astutissime componentes; stolidos autem uocari non tam stultos et excordes quam taetros et molestos et inlepidos, quos Graeci *μολιθηρὸς καὶ (ὀχληρὸς καὶ) φορτικὸς* dicerent. 11 *ἐρυμα* quoque harum uocum et originis scriptas esse dicebat in libris Nigidianis. Quas requisitas ego et repertas cum primarum significationum exemplis, ut commentariis harum Noctium inferrem, notauit, et intulisse iam me aliquo in loco (commentationibus istis) existimo.

Δ Quod Sulpicius Apollinaris praedicantem quendam a sese uno Sallustii historiarum intellegi inludit quaestione proposita, quid uerba ista apud Sallustium significarent, 'incertum stolidior an uanior'.

§11 fr. 45 Sw. aliquo in loco fortasse 8. 14

4 eligere δ 9 surgebamus δ 11 disserere P<sup>2</sup>Q<sup>2</sup>ZΦ 18 taetros] stauros Q : castros Z : factos uel tardos Markland 1723: 96-7 ('male' Bentleius, nam non iam de hebetibus agitur) : austeros Hertz 1853 19-20 addidit ut tribus Latinis tria Graeca responderent (ὀχληρὸς pro μολιθηρὸς iam Stephanius 1585a: 9) 21-2 quas requisitas...repertas Rutgersius 1678: 294 : quos -tos... ΨΦ, cf. 1. 2. 7 21. ego] ante requisitos π : ergo X 24 del. Heiberg 1898-9: 121

1 Cum Antonio Iuliano rhetore, uiro hercle bono et facundiae florentis, complures adulescentuli familiares eius Puteolis aestuarum feriarum ludum et iocum in litteris amoerioribus et in uoluptatibus pudicis honestisque agitabamus. 2 Atque ibi tunc Iuliano nuntiatur ἀναγγέλλειν quendam, non indoctum hominem, uoce admodum scita et canora Ennii annales legere ad populum in theatro. 3 'Eamus' inquit 'auditum nescioquem istum Ennianistam' (hoc enim se ille nomine appellari uolebat). 4 Quem cum iam inter ingentes clamores legentem inuenissemus—legebat autem librum ex annalibus Ennii septimum—hos eum primum uersus perperam pronuntiantem audiuius:

denique ui magna quadripes ecus atque elephanti  
proiciunt sese. 236

neque multis postea uersibus additis celebrantibus eum laudantibusque omnibus discessit. 5 Tum Iulianus egrediens e theatro 'quid uobis' inquit 'de hoc anagnosta et de quadrupe equo uidetur? sic enim profecto legit:

denique ui magna quadripes ecus atque elephanti  
proiciunt sese.

6 Ecquid putatis, si magistrum praelectoremque habuisset aliquis aeris, *quadripes ecus* dicturum fuisse ac non *quadripes eques*, quod ab Ennio ita scriptum relictumque esse nemo unum litterarum ueterum diligens dubitauit? 7 Cumque aliquot eorum qui aderant *quadripes ecus* apud suum quisque grammaticum

§4 Ann. 236-7

Φ(ΥΦΜ); 6-10 Macrobb. 8. 9. 8-12; 7 Non. 152 (106. 26-8); 10 Non. 152 (106. 31-102. 2)

3 feriarum om. γ 20 ecquid rec. : et quid ΨΦ protectoremque δ

24 quisque] quemque expectes\*

legisse se dicerent, et mirarentur quidnam esset quadrupes  
 eques, 'uellem uos,' inquit, 'optimi iuvenes, tam accurate  
 Q. Ennium legisse quam P. Vergilius legerat, qui hunc eius uer-  
 sum secutus in Georgicis suis *equitem* pro *equo* posuit his in  
 uersibus:

frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere 115  
 impositi dorso, atque equitem docuere sub armis  
 insultare solo et gressus glomerare superbos.

In quo loco *equitem*, si quis modo non inscite inepteqque anguio-  
 sit, nihil potest accipi aliud nisi *ecum*; 8 pleraque enim ueterum  
 aetas et hominem equo insidentem et equum qui insideretur  
 equitem dixerunt. 9 Propterea equitare etiam, quod uerbum e  
 uocabulo equitis inclinatum est, et homo equo utens et *ecus*  
 sub homine gradiens dicebatur. 10 Lucilius adeo, uir adprime  
 linguae Latinae sciens, *ecum* equitare dicit his uersibus:

quis hunc currere *ecum* nos atque equitare uidemus,  
 his equitat curritque: oculis equitare uidemus;  
 ergo oculis equitat. 1285

11 'Sed enim contentus' inquit 'ego his non fui et, ut non  
 turbidae fidei nec ambiguae, sed ut purae liquentesque esset,  
*ecusne* an *eques* scriptum Ennius reliquisset, librum summae  
 atque reuerendae uetustatis, quem fere constabat Lampadionis  
 manu emendatum, studio pretioque multo unius uersus inspi-  
 ciendi gratia conduxit et *eques*, non *ecus*, scriptum in eo uersu  
 inueni.' 12 Hoc tum nobis Iulianus et multa alia erudite simul et

§7 Georg. 3. 115-17 §10 uu. 1284-6

1 essent P<sup>o</sup>δ 5 uersibus|uerbis Qy 7 atque om. γ (X<sup>o</sup>C<sup>o</sup>) v 11 qui|  
 cui P<sup>o</sup> Fr. Skaisch 12 etiam quod| et quod iam δ 15 equitare| equitari F<sup>o</sup>δ  
 16 quis| neaple Macrob. §11 hunc X. Non., Macrob. : hinc F<sup>o</sup>π<sup>o</sup>δ 20 liquen-  
 tisque| liquentesque Q<sup>o</sup>Z 24 in eo uersu om. φ 25 erudite| eludite|e  
 P<sup>o</sup>-π<sup>o</sup>Z : ludite φ : lucide Q

622

adfabuliter dixit. Sed eadem ipsa post etiam in peruulgatis com-  
 mentariis scripta offendimus.

E Quod Q. Ennius in septimo annali quadrupes eques ac non quadrupes *ecus*, ut  
 legunt multi, scriptum reliquit.

## F

1 Aelius Melissus in nostra memoria fuit Romae summi quidem  
 loci inter grammaticos id temporis; sed maiore in litteris erat  
 iactantia et *coφικρεια* quam opera. 2 Is praeter alia quae scripsit  
 compluria librum composuit, ut tum uidebatur cum est editus,  
 doctrinae inclutae. 3 Ei libro titulus est ingentis cuiusdam  
 inlecebrae ad legendum; (in)scriptus quippe est De loquendi  
 proprietate. Quis adeo existimet loqui se recte atque proprie  
 posse, nisi illas Melissi proprietates perdidicerit? 4 Ex eo libro  
 uerba haec sunt: 'Matrona est quae semel peperit, quae saepius  
 mater familias; sicuti sus quae semel peperit porcetia, quae  
 saepius scrofa.' 5 Vtrum autem hoc de matrona ac de matrefa-  
 milias Melissus excogitauerit ipse et coniectauerit, an scriptum  
 ab alio quo legerit, hariolis profecto est opus. 6 Nam de porce-  
 tra habet sane auctorem Pomponium in Atellania quae hoc  
 eodem uocabulo inscripta est; 7 sed matronam non esse appel-  
 latam nisi quae semel peperit, neque matrem familias nisi quae  
 saepius, nullis ueterum scriptorum auctoritatibus confirmari  
 potest. 8 Enimvero illud impendio probabilius est, quod idonei  
 uocum antiquarum enarratores tradiderunt, matronam dictam  
 esse proprie quae in matrimonium cum uiro conuenisset quoad  
 25 in eo matrimonio maneret, etiamsi liberi nondum nati forent,

F φ(TYM); §§4-9 Non. 709-10 (442. 1-8)

6 id Häbster 1722: 8 n. : et Fyφ : sed δ erit XQ<sup>o</sup>Z 7 iactantia| sententia δ  
 9 ei de Buxis : eo Vφ 10 scriptus Y, corr. Tränkle 1983: 114 11 se recte|  
 secretae δφ 13 haec om. γ 13-14 matrona—sus post. §5 coniectauerit δ  
 21 nullis P<sup>o</sup> : nullus πP<sup>o</sup>Y : nullus FOXNδ : in illis M

623

dictamque ita esse a matris nomine non adeptio iam, sed cum spe et omine mox adipiscendi, unde ipsum quoque matrimonium dicitur; 9 matrem autem familias appellatam esse eam solam quae in mariti manu mancipioque aut in eius in cuius maritus manu mancipioque esset, quoniam non in matrimonio tantum, sed in familiam quoque mariti et in sui heredis locum uenisset.

F Quod Aelius Melissus in libro cui titulum fecit De loquendi proprietate, quem cum ederet cornum esse Copiae dicebat, rem scripsit neque dictu neque auditu dignam, cum differre matronam et matrem familias existimauit differencia longe uanissima.

7

Z

1 Domitio, homini docto celebrique in urbe Roma grammatico, cui cognomentum Insano factum est quoniam erat natura intractabilior et morosior, ei Domitio Fauorinus noster cum forte apud fanum Carmentis obtuam uenisset atque ego cum Fauorino essem, 'quaeso' inquit 'te, magister, dicas mihi: num erraui quod, cum uellem *δημηγορία* Latine dicere, *contiones* dixi? 2 dubito quippe et requiro, an ueterum eorum qui electius locuti sunt pro uerbis et oratione dixerit quis *contionem*.' 3 Tum Domitius uoce atque uultu atrociori 'nulla' inquit 'prorsus bonae salutis spes reliqua est, cum uos quoque, philosophorum inlustrissimi, nihil iam aliud quam uerba auctoritatesque uerborum cordi habetis. Mittam autem librum tibi in quo id reperias quod quaeris. Ego enim grammaticus uitae iam atque morum disciplinae quaero, uos philosophi mera estis, ut M. Cato ait, mortualia; 25

§3 fr. 28 CSBC

Z φ(ΤΥΜ)

2 adipiscendi Jac. Gronovius: *δο* P<sup>2</sup> INδφ: apiscendo P<sup>2</sup>OXK: apiscendi Carrio 5 manu P<sup>2</sup>U: manum P<sup>2</sup>γδΓ 18 eorum om. φ 23 habeatis γΓ 25 mortualia tacite I. Doussā 15:87: 76: mortualia Ψφ: u. Tränkle 1983: 110-11

624

glossaria namque colligitis et lexicidia, res taetras et inanes et friuolas tamquam mulierum uoces praeficarum. Atque utinam inquit 'muti omnes homines essemus! minus improbitas instrumenti haberet.'

4 Cumque digressi essemus, 'non tempestiue' inquit Fauorinus 'hunc hominem accessimus; uidetur enim mihi *ἐπισημαίνεσθαι*. Scitote' inquit 'tamen intemperiam istam quae *μελαγχολία* dicitur non paruis nec abiectis ingenis accidere, ἀλλ' *ἐβα* *αχρόν* *τι τὸ πάθος τούτο ἰσχυρόν* et ueritates plerumque fortiter dicere, sed respectum non habere *μήτε καίρου μήτε μέτρον*. Vel ipsum hoc quale existimatis quod nunc de philosophis dixit? nomne, si id Antisthenes aut Diogenes dixisset, dignum memoria uisum esset?

5 Misit autem paulo post Fauorino librum quem promiserat— Verrī, opinor, Flacci erat—in quo scripta ad hoc genus quaestionis pertinentia haec fuerunt: *senatum* dici et pro loco et pro hominibus, *ciuitatem* et pro loco et oppido et pro iure quoque {omnium} et pro hominum multitudine, *tribus* quoque et *decurias* dici et pro loco et pro iure et pro hominibus, 6 *contionem* item tria significare: locum suggestumque, unde uerba fierent, 7 sicut M. Tullius in oratione quae inscripta est Contra contionem Q. Metelli 'escendi' inquit 'in contionem, concursus est populi factus'; item significare coetum populi adistentis, sicuti idem M. Tullius in oratore ait, 'Contiones saepe exclaimare uidi, cum apte uerba cecidissent. Etenim exspectant aures, ut uerbis

§4 t. 52 C Prince

§5 fr. 31 Fun.

§7 p. 97 Puccioni; Orat. 168

1 glossaria = *γλωσσάρια* sicut lexicidia = *λεξείδια* namque I. Doussā: nam qui Ψφ colligitis Carrio: collegisti Ψφ, sed collegitis X 6 *ἐπισημαίνεσθαι* u. Salmastium 1629: t. 73<sup>a</sup> *g* <sup>a</sup>, Marshall 1950: 180 13 post om. FO<sup>2</sup>N 14 (in) opinor FO<sup>2</sup>K: (N) X: (ut) II: (ni) N 17 *del.* Vassis 1890: 666: ciuum Otho: Quintium Fr. Klausch sed non de Roma tantum agitur 19 item] autem Ψ, corr. Eusner 1886a: 476 locum (et uerba) O<sup>2</sup>X fierent] iunctusque φ 22 item—adistentis huc transtulit Maöring: post sententia Ψ 23 oratore rec. : oratione Ψ 24 etenim] id enim Cic.

625

conligetur sententia; item orationem ipsam; quae ad populum diceretur.

8 Exempla in eo libro scripta non erant. Sed nos postea Favorino desideranti harum omnium significationum monumenta et apud Ciceronem, sicut supra scripsi, et apud elegantissimos veterum reperta exhibuimus; 9 id autem quod potissimum expetebat, *contionem* esse dictam pro uerbis et oratione, docui titulo Tulliani libri qui a M. Cicerone inscriptus est. Contra contionem Q. Metelli, quo nihil profecto significatur aliud quam ipsa quae a Metello dicta est oratio.

Z Quem in modum Favorinus tractauerit interpestium quandam de uerborum ambiguitatibus quaerentem; atque ibi quot significationes capiat *contio*.

## H

1 Ὀμοιοτέλευτα καὶ ἰσοκατάληκτα καὶ πάριχα καὶ ὁμοιοπύρρα ceteraque huiusmodi scitamenta, quae isti apirocali qui se Isocratio uideri uolunt in collocandis uerbis immodice faciunt et rancide, quam sint insubida et inertia et puerilia facetissime hercle significat in quinto saturarum Lucilium. 2 Nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se aegrotum non uiseret, haec ibidem addit festiuiter:

quo me habeam pacto, tam etsi non quaeris, docebo, quando in eo numero mansi quo in maxima non est pars hominum (\*\*\*) ut perisise uelis, quem uisere nolueris, cum debueris. Hoc nolueris et *débueris* te

§2 uu. 181-8

de hoc fragmento disputat Housman 1907: 149-51 = 1972: ii. 686-8

4 desiderante δ 8 docui rec. : docuit Ψ 22 i.e. nomdum abii in pluris lacunam statuit L. Müller 1872: 16: (neque enim tam te mihi credo inimicum) ex. gr. Housman: 23 perisise de Buxis : perisise Ψ

626

si minus delectat, quod atexnon et Eisocratiōn ληρώδεςque simul totum ac sit μεπρακιώδες, non operam perdo, si tu hic.

Η Ὀμοιοτέλευτα καὶ ὁμοιοπύρρα atque alia id genus quae ornamenta orationis putantur inepta esse et puerilia Lucilii quoque uersibus declarari.

## Θ

1 In libro uetere in quo erat oratio M. Catonis de Prolemaeo contra Thermum sic scriptum fuit:

Sed si omnia dolo fecit, omnia auaritia atque pecuniae causa fecit, eiusmodi scelera nefaria (neque insecenda), quae neque fando neque legendo audiuius, (fecit), supplicium pro factis dare oportet.

2 *Insecenda* quid esset quaeri coeptum. Tum ex his qui aderant alter litterator fuit, alter litteras sciens, id est alter docens, doctus alter. 3 Hi duo inter sese dissentiebant. Et grammaticus quidem contendebat (mendosum librum esse): *insecenda* enim scribi inquit (oportuit), non *insecenda*, quoniam insequens

© §1. fr. 77 Malc. = 134 CSbc §3 Ann. 322-3

© §§1-8 nam et sequo β<sup>u</sup> tantum (Carter 1564: 77-8)

1 atexnon F : similia γδ eisocratiūm est Fy : eis socratiūm (socratiūm Z) est δ : corr. Housman 2 ληρώδες(que) Scaliger 1574: 98 : ὀχληρώδες fere Ψ : ὀχληρὸν Bernhardy 1830: 25 n. 48 sit Housman, μεπρακιώδες rec. quidam, Marx 1896: 309-10 : symmiraciodes (-mm-, -ti) fere FyZ : si miratio des Q et ita uel corruptius s : συμμεπρακιώδες rec. quidam (-μεικα- alii), Scaliger 1574: 98 : συμμεπρακιώδες γ<sup>u</sup> 3 si tu FNQ : situ OXZ : sicuti π 6 Prolemaeo β<sup>u</sup> secundum Carterum 1564: 77 : Prolemaeo scripsit idem 1571: 97 7 Therinum β<sup>u</sup> secundum Carterum 1564: 77: quod ipse 1566: 90 emendauit 9 (neque i.), (fecit) additi post. Fr. Skutsch (atque i. fecit)\* fando Scioppius, legendo Poppa 1620: 93 : fanda—legenda β<sup>u</sup> : fando audiuius neque insecenda sunt fecit Bergk 1864-70: iii. 329 = 1884-6: ii. 751 12 alterum docens β<sup>u</sup> : corr. Carter 1564: 77 14 additi ex. gr. : lacunam statuit Hertz, qui insequens scribendum esse suppleuit 14-15 enim—(oportuit) debere scribi cum qu. Vrsinus 15 (oportuit) Hertz : (debet) Carrio 15-1 quoniam—traditumque] quod in Inseque significatur Carterus 1571: 97 : quod insequere signet Vrsinus\*

627

significat': traditumque<sup>1</sup> esse *inseque* quasi 'perge dicere' et 'insequere': itaque ab Ennio scriptum in his uersibus:

inseque, Musa, manu Romanorum induperator 322  
quod quisque in bello gessit cum rege Philippo.

4 Alter autem ille eruditior nihil mendosum, sed recte atque 5  
integre scriptum esse perseuerabat et Velio Longo, non homini  
indocto, fidem esse habendam, qui in commentario quod fecis-  
set de usu antiquae lectionis scripserit non *inseque* apud Ennium  
legendum, sed *insece*; ideoque a ueteribus, quas narrationes dici-  
mus, insecutiones esse appellatas; Varronem quoque uersum 10  
hunc Plauti de Menaechmis:

nihilō mihi esse uidentur sectius quam somnia,

sic enarrasse: 'nihilō magis narranda esse, quam si ea essent  
somnia.' Haec illi inter se certabant.

5 Ego arbitror et a M. Catone *insecenda* et a Q. Ennio *insece* scrip- 15  
tum sine V littera. Offendi enim in bibliotheca Patrensi librum  
uerendae uetustatis Liiui Andronici, qui inscriptus est Ὀδύκεια,  
in quo erat uersus primus cum hoc uerbo sine V littera:

uirum mihi, Carmena, insece uersutum,

factus ex illo Homerij uersu:

(ἀνδρά μοι ἐννεπε, Μοῖσα, πολύτροπον.)

§4 Men. 1047

§5 Od. fr. 1 FPLA = Tr 6 Schauer α. 1

1 post significat lacunam statuit Canter 1564: 77 · traditumque B<sup>u</sup>: dictumque  
Canter 1571: 97 5 mendum B<sup>u</sup>, corr. Canter 1564: 77 12 mihi Plaut.: minus  
B<sup>u</sup>, quod a Varronis enarratione abhorret uidentur Plaut.: uidetur B<sup>u</sup> sectius]  
setius codd. Plaut. 13 enarras B<sup>u</sup>, corr. Canter 1564: 78 narranda B<sup>u</sup> sec  
Canter 1571: 97: narrando Canter 1564: 78 15 insece Canter 1564: 78: inscite  
B<sup>u</sup> 17 uerendae Heraeus 1904: 1166, qui tamen emendare nobilit: uerae B<sup>u</sup>: mi-  
rae Canterus 1564: 78: alii alia Liiui Canter 1564: 78: librum B<sup>u</sup> 21 add.  
Carrio 1576: 149

6 Illic igitur aetatis et fidēi magnae libro credo. Nam quod in  
uersu Plautino est *sectius quam somnia* nihil in alteras partes  
argumenti habet.

7 Etiam si ueteres autem non *inseque*, sed *insece* dixerunt,  
credo, quia erat lenius leuiusque, tamen eiusdem sententiae  
uerbum uidetur. 8 Nam et *sequor* et *item secta* et *sectio*  
consuetudine loquendi differunt; sed qui penitus inspexerit,  
origo et ratio utriusque una est.

9 Doctores quoque et interpretes uocum Graecarum

ἀνδρά μοι ἐννεπε, Μοῖσα

καὶ

ἐσπερε νῦν μοι, Μοῦσαι

dictum putant quod Latine *inseque* dicitur; namque in altero  
N geminum, in altero ε esse tratatum dicunt. 10 Sed etiam  
15 ipsum illud ἐνν, quod significat uerba aut uersus, non aliunde  
esse dictum tradunt quam ἀπὸ τοῦ ἐννεσθαι καὶ τοῦ εἰπεῖν.  
11 Eadem ergo ratione antiqui nostri narrationes sermonesque  
insecutiones appellauerunt.

20 Quid significet apud M. Catonem uerbum *insecenda*; quodque *insecenda* potius  
legendum sit quam quod plerique existimant *insequenda*.

1 In Herodis C. V. uillam quae est in agro Attico loco qui appel-  
latur Cephisiae, aquis et (lucis) nemoribus frequentem, aestu

§9 B 484<sup>a</sup>

1 Illic B<sup>u</sup>, ab eo inclinatum quod est Illyc 16. 10. 4: Illi Canter 1564: 78 2 alteras  
B<sup>u</sup>: alterutras fort. legendum, sed u. Hofford-Strevers 1985: 112 partes Hertz: plus B<sup>u</sup>  
6 et sequor] hinc Ψ sectio δ, Canter 1564: 78: secutio Fy 7 qui i.q. siquis  
14 N Graecum λ. Latiniū aut ambiguum Ψ ε Graecum fms [c-ēē man. rec. pro cess8]:  
σ, s, is rec.: gr. γs: om. δ tratatum] translatum Zs 15 non P<sup>o</sup>X<sup>e</sup>: nos Ψ  
18 insecutiones δ 22 del. Hertz 1853

anni medio concesseram. 2 Ibi alio mihi cita et accedente febrī  
rapida decubueram. 3 Eo Caluſius Taurus philoſophus et alii  
quidam ſectiores eius cum Athenis uiſendi mei gratia ueni-  
ſent, medicus qui tum in his locis repertus adſidebat mihi nar-  
rare Tauro coepit quid incommodi pateret et quibus modulis 5  
quibusque interuallis accederet febris decederetque. 4 Tum in  
eo ſermone, cum iam me ſincero corpulo factum diceret,  
'potes' inquit Tauro 'tu quoque id ipſum comprehendere, εὖν  
ἀψῆς ἀύτοῦ τῆς φλεβός', quod noſtris uerbis profecto ita dicitur,  
'ſi attigeris uenam illius'. 5 Hanc loquendi imperitiam, quod 10  
uenam pro arteria dixiſſet, cum in eo docti homines qui cum  
Tauro erant tamquam in minime utili medico offendiſſent  
atque id murmur et uultu oſtenderent, tum ibi Taurus, ut mos  
eius fuit, ſatis leniter, 'certi' inquit 'ſumus, uir bone, non igno-  
rare te quid uena appelletur et quid arteria, quod uenae quidem 15  
ſuapte uī immobiles ſint et ſanguinis tantum demittendi gratia  
explorentur, arteriae autem motu atque pulſu ſuo habitum et  
modum febrīum demonſtrent; 6 ſed, ut uideo, peruulgate  
magis quam inſcite locutus es: non enim te ſolum, ſed alios  
quoque itidem errantis audiui uenam pro arteria dicere. 7 Fac 20  
igitur ut experiamur elegantioreſſe te in medendo quam in  
dicendo, et cum diſ bene uolentibus opera tua ſiſtas hunc nobis  
ſanum atque ualidum quāam citiſſime.'

8 Hoc ego poſtea cum in medico reprehensum eſſe memin-  
ſem, exiſtimaui non medico ſoli, ſed omnibus quoque homini- 25  
bus liberis liberaliterque inſtitutis turpe eſſe ne ea quidem  
cognouiſſe ad notiā corporis noſtri pertinentia quae non  
aliquis occultiusque remota ſunt et quae natura nobis tuendae

1 alio *Lupus*, N5 : albo FO<sup>10</sup>X7δ 2 Caluſius] immo Caluſius, ſed u. *Hoford-*  
*Stevens* 2003: 316-17 10-14 hanc—oſtenderent] i. q. hanc imperitiam minime utiliſ  
medici eſſe cum ſe putare oſtenderent 16 uī *de Buxis*: ut *ψ* demittendi *de Buxis*:  
ademittendi P<sup>10</sup>J<sup>10</sup>CN : admittendi XJ/P<sup>10</sup>δ : ademendi P<sup>10</sup> 19 ſolum] ſole δ  
22 opera tua γ : operam aut Fδ 28 nature δ

ualitudinis cauſa et in promptu eſſe et in propatulo uoluerit; ac  
propterea, quantum habui temporis ſubiſcui, medicinae  
quoque diſciplinae libros attigi quos arbitrabar eſſe idoneos ad  
docendum. Et ex his cum alia pleraque ab isto humanitatis uſu  
5 non aliena, tum de uenis quoque et arteriis didiciſſe uideo ad  
hunc ferme modum. 9 Vena eſt conceptaculum ſanguinis, quod  
ἀγγείον medici uocant, mixti confuſique cum ſpiritu naturali, in  
quo plus ſanguinis eſt, minus ſpiritus; arteria eſt conceptacu-  
lum ſpiritus naturalis mixti confuſique cum ſanguine, in quo  
10 plus ſpiritus eſt, minus ſanguinis; 10 φρυγμός autem eſt inten-  
tio motus et remiſſio in corde et in arteria naturalis, non  
arbitraria. 11 A medicis autem ueteribus oratione Graeca ita  
definitus eſt: Φρυγμός ἐστιν διατολή τε καὶ κυτολή ἀπροαίρετος  
ἀφῆρησ καὶ καρδίας.

15 I Errare iſtos qui in exploranda febrī uenarum pulſus pertemptari putant, non  
arteriarum.

## IA

11

1 Non hercle idem ſentio cum Caesellio Vindice, grammatico ut  
mea opinio eſt haudquaquam inerudito. 2 Verum hoc tamen  
petulanter inſciteque, quod Furium, ueterem poetam, dedeco-  
20 raffe linguam Latinam ſcripſit huiſcemodi uocum fictionibus,  
quae mihi quidem neque abhorreſcere a poetica facultate uiſae  
ſunt neque dictu profatuſque ipſo tatrae aut inſuaues eſſe,  
ſicuti ſunt quaedam alia ab inluſtribus poetis ficta dure et ran-  
cide. 3 Quae reprehendit autem Caesellius Furiana haec ſunt:  
25 quod terram in lutum uersam *lutescere* dixerit et tenebras in noc-  
tis modum factas *noctescere* et priſtinas recipere uires *uireſcere*,

§11 Alexander Philalethes ap. Galenum De diff. pulſuum 4. 5 (viii. 725-6  
Kühn) IA fr. 6 Vitale

11-12 arbitrarīa P<sup>10</sup>δ : uī P<sup>10</sup>Q<sup>10</sup>7N : rii P<sup>10</sup>X 12 A om. δ 13 ἀπροαίρετος  
*Seiphanus* 1588b: 169 : Δ.Π.ε.Δ.1.Α.1.7.ε.Τ.ο.ε uel. πέτρα *ψ* 19 furtum P<sup>10</sup>δ  
24 reprehendit P<sup>10</sup>J<sup>10</sup>NZ

et quod uentus mare caerulum (cum) crispicans nitescit *purpurat* dixerit, et opulentum fieri *opulescere*. 4 Versus autem ipsos ex poematis Furianis in quibus haec uerba sunt subdidit:

Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit.

Omnia noctescunt tenebris caliginis atrae.

Inrescunt animi, uirescit uolnere uirtus.

Sicut fulca leuis uolitat super aequora classis,

spiritus Eurorum uiridis cum purpurat undas.

Quo magis in patriis possint opulescere campis.

IA Verba ex carminibus Furi Antiatii inscite a Caesellio Vindice reprehensa; 10 uersusque ipsi in quibus ea uerba sunt subscripti.

12

IB

1 Id quoque habitum est in oratione (facienda) elegantiae genus, ut pro uerbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec uice inter sese mutua uerterent. 2 Iuuentius in comoedia (\*\*\*):

†pallium inquit sed flocci (ut) splendean†.

Nonne hoc impendio uenustius gratiusque est quam si diceret *maculetur*? 3 Plautus etiam non dissimiliter:

quid est?—hoc rugat pallium,<sup>h</sup> amictus non sum commode.

§4 Furius uu. 1-6 FLP = a-f PPL<sup>4</sup> IB §2 u. 5 R. §3 fr. u. 163 Monda

§4 Non. 194 (133. 23-5): 211 (145. 9-11); 276 (188. 5-6); 216 (148. 15-17)

- 1 add. Dziatzko: (si) mare Hostius crispicans (crispicans<sup>2</sup> s; crispicans<sup>2</sup>) crispans Op<sup>c</sup> (ab ipso librario correctum). X<sup>o</sup> k nigrefacit. Bachrens 1886: 279 3 uerba haec δ 4 sanguis F 5 tenebras δ 6 uirescit. Nominis : -scunt † uolnere] uolucere Q : uolnere Z (uires) uirtus O : (uires . uires) X 7 fulca Jo. Is. Pontanus ap. Jac. Gronovium : fulca † : sic fulca leuius Bebe 1795: iii. 355 n. 1, fort. recte<sup>h</sup> 9 magis (si sint) δ opuliscere Nominis 12 del. Rutgersius 1618: 441 14 Iuuentius Rutgersius 1618: 439-40 : Iuuentus FOX-δ : Terentius Ns (cf. P.F. 385. 2) tibulum comoediae excidisse uidit Rutgersius 1618: 440 Iuuenti uerba corruptissima<sup>h</sup> 45 sed (-S.) FOX-π : om. Nδs deluit Ciaccronius splendean uel splendean †-OXIwδ : splendean †-CGN5 : splendean w : splendean (an maculet) Seyffert 1886a: 1088 : ne maculet Ciaccronius 16 impedio EZ hoc est Q : hoc esse Z

632

4 Iidem Plautus *puuere* dicit quod non *puuere* impleat, set ipsum *puuere* plenum sit:

exi tu, Daue, age, sparge; mundum hoc esse uestibulum uolo.

Venus uentura est nostra, non hoc *puuere*.

5 In Asinaria quoque *contemples* dicit pro *contemples*:

meum caput contemples, si quidem e re consultas tua.

6 Cn. Gellius in annalibus: Postquam tempestas sedauit, Adherbal taurum immolauit. 7 M. Cato in originibus: Eodem conuenae conplures ex agro accessitauere. Eo res eorum auxit.

8 Varro libris quos ad Marcellum de lingua Latina fecit: 'in priore uerbo graues prosodiae, quae fuerunt, manent, reliquae mutant'; (*mutant*) inquit elegantissime pro *mutantur*. 9 Potest etiam id quoque ab eodem Varrone in septimo diuinarum similiter dictum uideri: 'Inter duas filias regum quid mutet, inter

15 Antigonam et Tulliam, est animaduertere.' 10 Verba autem patendi pro agentibus in omnibus ferme ueterum scriptis reperitur. Ex quibus sunt pauca ista, quae nunc meminimus: *numero te pro numero* et *significor pro significo* et *sacrificor pro sacrifico* et *adsentior pro adsentio* et *faeneror pro faenero* et *pigneror pro pignero* et alia istiusmodi pleraque, quae proinde ut in legendo fuerint obuia notabuntur.

§4 fr. uu. 164-5 §5 Asin. 538 §6 FRHist 14 F28 §7 FRHist 5 F117 = 23 CSBC §8 fr. 85 G.-S. §9 Ant. rer. ditu. fr. 74 Cardauns

- 1 impleas δ 3 esse hoc †, corr. Ritschl 1846: 575 n. \*\* = 1866-79: 326 n. \*\* 4 nostra Op<sup>c</sup> s : uestra † non † : nolo de Buxis, recte ille quidem si haec reuera Plautina sint<sup>h</sup> 6 meum Plautus, cf. Non. 753 (470. 8) : meum † 7 Gellius Vrsinus, Meursius 1597: sig. E3<sup>o</sup> : uellius † 9 conuen(a)e FOGNZ. (ut) X : conuenit II : conuenid v : conuenere Q 10 (in) libris γ de lingua Latina] immo de sermone Latino 12 add. Carro 15 animaduertere Q : -uerte Z : enim aduertere (aduertere X) Fy autem om. δ 16 ferme(modum) δ 20 quae om. γ 21 fuerunt Xδ

633

12 Atque item alios versus eiusdem addidit, non hercle minus dulces quam priores:

Quid faculam praefers, Phileros, quae nil opus nobis?

ibimus sic, lucret pectore flamma satis.

Istam nam potis est uis saeva extinguere uenti

aut imber caelo candidus praecipitans;

at contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,

nullast quae possit uis alia opprimere.

13 Item dixit uersus Porcii Licini hosce:

Custodes ouium tenerae propaginis, agnūm,

quaeritis ignem? ite huc; totus hic ignis homost.

Si digito attigero, incendam siluam simul omnem,

omne pecus; flammast omnia qua uideo.

14 Quinti Catuli uersus illi fuerunt:

Aufugit mi animus; credo, ut solet, ad Theotimum

deuenit. Sic est: per fugium illud habet.

Quid si non interdixem ne illunc fugitium

mitteret ad se intro, sed magis eiceret?

Ibimus quaesitum. Verum, ne ipsi teneamur,

formido. Quid ago? da, Venus, consilium.

§12 fr. 2 §13 fr. 7 FLP, 6 FPL; §14 fr. 1 FLP, FPL<sup>1</sup>

1 addidit Q<sup>r</sup>: addidi Ψ 3 quid qui δ quae δ: qua Fy. u. Alfonsi 1958: 256, Hoford-Strevers 1985: 112 nil de Buxis: ml(c)hil est Ψ: est nil Jac. Gronovius nobis FNδ: om. OXπ 4 sic i. q. αἰῶνος 5 istam nam Ciaccomius, Turnebus 1564-73: il. 38<sup>r</sup> = 14. 18: istam non Ψ: istanc aut FLP, sed u. Jocelyn 1994: 248, Bernardi Perini 1997: 30 = 2001: 110-11 7 at ps: ad Ψ ueneris scribit tubet Jocelyn 1994: 249-50<sup>r</sup> sil om. γ 10 tenerae Hosius: uendere Ψ: teneraeque Crinitus 1505: [BSJ], Victorius 1553: 178 (1582: 136) 11 ite rec. : item Fy: tem δ totus hic Leo 1913: 437 n. 3: quaeritis (ite (si te X) huc quaeritis) P<sup>r</sup>δ (del. P<sup>r</sup>) distinxit Leo, prob. E. Löffstedt 1956: il. 119 n. 3 13 qual quae P<sup>r</sup>Q<sup>r</sup> 15 aufugit offugit Xπ ml de Buxis: ml(c)hi Ψ 17 quid si non interdixem i. q. nonne interdixeram (u. Pope 1982) quid qui X<sup>r</sup>δ interdixissem Gδ: -icessem Fy illunc FmN: illum g: δ: illinc OX 19 Verum Beroldus: uerbum Ψ ne| om. δ teneamur X: titeneamur FOpNδ

1 Memini me quodam et Celsinum Iulium Numidam ad Frontonem Cornelium pedes tunc grauiter aegrum ire et uisere. Atque ubi introducti sumus, offendimus eum cubantem in scinpodio Graeciensi circumundique sedentibus multis doctrina 5 aut genere aut fortuna nobilibus uiris. 2 Adstebant fabri aedium complures balneis nouis molendis adhibiti ostendebantque depictas in membranulis uarias species balnearum. 3 Ex quibus cum elegisset unam formam speciemque 'ueris', interrogauit quantus esset pecuniae sumptus ad id totum opus 10 absoluendum, 4 cumque architectus dixisset necessaria uideri esse sestertia ferme trecenta, unus ex amicis Frontonis 'et praeterpropter' inquit 'alia quinquaginta'.

5 Tum Fronto, dilatis sermonibus quos habere de balnearum sumptu institerat, aspiciens ad eum amicum qui dixerat quinquaginta esse alia praeterpropter (necessaria, eum interrogauit, quid significaret uerbum praeterpropter). 6 Atque ille amicus 'non meum' inquit 'hoc uerbum est, sed multorum hominum quos loquentis id audias; 7 quid autem id uerbum significet, non ex me, sed ex grammatico quaerendum est', ac simul 20 digito demonstrat grammaticum haud incelebri nomine Romae docentem ('\*\*\*) sedentem.

8 Tum grammaticus usitati perulgatique uerbi obscuritate motus 'quaerimus' inquit 'quod honore quaestionis minime

1 Iulium Jac. Gronovius: iulianum Ψ 3 ubi Schmasius ap. Jac. Gronovium, H. J. Müller 1866: 429: ibi δ: ibi qui Fy 3-4 scinpodio N, rec. : scinpodio Ψ: simphodio rec. : scinpodio Aldobrandus\* 8 ueris] Veneris X: prae ceteris Schreiner 1902-3: 158: operis Lipsius 1580: 146: Θεραπειῆς Hosius: del. Watt. 1985: 331-2 9 sumptus Q: espectus Z: conspectus Fy 12-13 -propter—dilatis om. F 15-16 add. Fr. Skutsch: necessaria praeterpropter eum—praeterpropter Hertz 21 lacunam statuit Valiken 1900: 138-9, qui (tum forte una ibidem) supplieuit: (unaque ibi) Hosius: (sedentem) Hertz 22 obscuritatem F



dignum est. 9 Nam nescioquid hoc praenimis plebeium est et in opificum sermonibus quam (in nostris) notius. 10 At enim Fronto iam uoce atque uultu intentiore 'itane,' inquit, 'magister? dehonestum tibi deculpatumque hoc uerbum uidetur, quo et M. Cato et M. Varro et pleraque aetas superior ut necessario et Latino usi sunt?'

11 Atque ibi Iulius Celsinus admonuit in tragoedia quoque Enni quae Iphigenia inscripta est id ipsum de quo quaerebatur scriptum esse et a grammaticis contaminari magis solitum quam enarrari. 12 Quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Enni iubet. In eius tragoedia choro inscriptos esse hos uersus legimus:

otio qui nescit uti (cum otium est in otio) 195

plus negoti habet quam cum est negotium in negotio.

Nam cui quod agat institutum in otio est negotium 15

id agit, (id) studet, ibi mentem atque animum delectat suum;

otioso in otio (aeger) animus nescit quid uelit.

Hoc idem est; em neque domi nunc nos nec militiae sumus: 200

imius huc, hinc illuc; cum illuc uentum est, ire illinc iubet.

incerte errat animus, praeterpropter uitam uiuitur. 20

13 Hoc ubi lectum est, tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem 'audistine,' inquit, 'magister optime, Ennium

§10 Cato inc. fr. 63 CSbC Varro fr. 43 Salvatore §12 trag. uu. 195-202 Jocelyn = F84 G.-M.

2 add. Watt 1994: 282 post Demsté 1914: 92 (nostris): (nobilitium) Schmalz 1915: 128: (in doctorum hominum) Carro 7 tragoedia Bergk 1844: p. xiv = 1884-6: l. 229: tragoediae Ψ 13 add. O. Skutsch 1953: 196 = 1968: 160 14. negoti Carro: negoti Ψ 15 in otio est A. M. Dale op. O. Skutsch 1953: 195 n. 1 = 1968: 158 n. 4: est in illo Fy: est in illis δ negotium FONδ: negotio Xr 16 add. Ribbeck 17 in otio Lipsius 1575: 163: initio Ψ add. O. Skutsch 1953: 197 = 1968: 160-1 18 nec de Buxis: de Ψ 19 huc Fy: hunc δ hinc illuc Fy: illuc hinc Q: hinc illinc Z iubet de Buxis: iubet Ψ 20 uitam bene tuetur Jocelyn ad loc.: uita Salmastus 1629: ii. 879<sup>a</sup> 21 ubi γ: ibi F8

tuum dixisse praeterpropter, et cum sententia quidem tali quali seuerissimae philosophorum esse obiurgationes solent? petimus igitur, dicas, quoniam de Enniano iam uerbo quaeritur, quis sit f̄motus̄ huiusce uersus sensus:

5 incerte errat animus, praeterpropter uitam uiuitur.

14 Et grammaticus sudans multum ac rubens multum, cum id plenique prolixius riderent, exsurgit et abiens 'tibi,' inquit, 'Fronto, postea uni dicam, ne inscitiores audiant ac discant.' Atque ita omnes relicta ibi quaestione uerbi consurreximus.

## IA

11

10 1 Celebrantur duo isti Graeci uersiculi multorumque doctorum hominum memoria dignantur, quod sint lepidissimi et uenustissimae breuitatis. 2 Neque adeo pauci sunt ueteres scriptores qui eos Platonis esse philosophi adfirmant, quibus ille adulescens luserit cum tragoediis quoque eodem tempore faciendis praeluderet:

τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φίλων ἐπὶ χεῖλεσιν ἔσχον 588  
ἦλθε γὰρ ἡ Τλήμων ὡς διαβησομένη.

3 Hoc δῖετραχον amicus meus, οὐκ ἄμουσος adulescens, in plures uersiculos licentius liberiusque uertit. Qui quoniam mihi quidem uisi sunt non esse memoratu indigni, subdidi:

§2 FGE uu. 588-9

4 quis Madvig 1873: 610: quid Ψ: qui Ascensius 1519 motus] totius Madvig: ignotus Hertz: remouus Hostius 8 inscitiores OπN: inscitiores Fxδ 13 qui] quid Z: quidem Q 14 quoque eodem] quoque eodemque F8: eodem quoque Q<sup>2</sup>: eodem tempore] eadem aetate Macroβ. §15 16 Ἀγάθωνα... ἐπὶ χεῖλεσιν Macroβ., testes Graeci: Ἀγάθων... ἐπέχευεν fere Ψ ἔσχον l.g. interclusi: εἶχον DL 3. 32 et ita adulescens legerat

conmigrasset, fundum mercatus est oleo atque uino consistum. Qui (cum) nihil admodum super uite aut arbore colenda sciret, uidet forte uicinum rubos alte atque late obortas excidentem, fraxinos ad summum prope uerticem deputantem, suboles uitium e radicibus caudicum super terram fusas reuellentem, stolones in pomis aut in oleis proceros atque directos amputantem, acceditque prope et cur tantam ligni atque frondium caedem faceret percontatus est. 8 Et uicinus ita respondit: "Vt ager" inquit "mundus purusque fiat, et ut arbor atque uitis fecundior."

9 'Discedit ille a uicino gratias agens et laetus tamquam adeptus rei rusticae disciplinam. Tum falcem ibi ac securim capit; atque ibi homo misere inperitus uites suas sibi omnis et oleas detrunctat comasque arborum laetissimas uberrimosque uitium palmites decedit et fructa atque uirgulta simul omnia pomis frugibusque gignendis felicia cum sentibus et rubis purificandi agri gratia conuellit, mala mercede doctus audaciam fiduciamque peccandi imitatione falsa eruditus.

10 'Sic' inquit 'isti apathiae sectatores, qui uideri se esse tranquillos et intrepidatos et immobiles uolunt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil irascuntur, nihil gaudent, omnibus uehementioris animi officiis amputatis in torpore ignauae et quasi eneruatae uitae consensescunt.'

13

## II

1 Stabant forte una in uestibulo Palatii fabulantes Fronto Cornelius et Festus Postumius et Apollinaris Sulpicius, atque

## II Φ(TYHM)

1-3 uino—atque om. F 1 consistum de Buxis : constitutum Ψ 2 add. Fr. Skutsch 5 directos Hertz 1853 : decertos Ψ : decertos P<sup>c</sup> 9 et ut Madvig 1873: 610. Cornelsen 1875: 80: eius Ψ 12 misere Hostius: miser Ψ 13 letissimas X: lectissimas FO<sup>m</sup>N<sup>8</sup> 20 am dolent (nihil timent), cf. §3? 21 animi om. δ torpore Lipsius 1588b: iii. 35: corpore Ψ 22 en(eru)te(e) FZ.

660

ego ibi adstans cum quibusdam aliis sermones eorum quos de litterarum disciplinis habebant curiosius captabam. 2 Tum Fronto Apollinari 'fac me,' inquit, 'oro, magister, ut sim certus an recte supersederim nanos dicere parua nimis statura homines maluerimque eos pumiliones appellare, quoniam hoc scriptum esse in libris ueterum memineram, nanos autem sordidum esse uerbum et barbarum credebam.' 3 'Est quidem' inquit 'hoc' Apollinaris 'in consuetudine inperiti uulgi frequens, sed barbarum non est censeturque linguae Graecae origine; *vávooc* enim Graeci uocauerunt breui atque humili corpore homines paulum supra terram exstantes idque ita dixerunt adhibita quadam ratione etymologiae cum sententia uocabuli competente, et si memoria' inquit 'mihi non labat, scriptum hoc est in comoedia Aristophanis cui nomen est *Ἰλακίδης*. Fuisset autem uerbum hoc a te ciuitate donatum aut in Latinam coloniam deductum, si tu eo uti dignatus fores, essetque id inpendio probabilius quam quae a Laberio ignobilia nimis et sordentia in usum linguae Latinae intromissa sunt.'

4 Tum Festus Postumius grammatico cuiusdam Latino, Frontonis familiari, 'docuit' inquit 'nos Apollinaris *nanos* uerbum Graecum esse, tu nos doce, quoniam de mulis aut euleis humilioribus uulgo dicitur, anne Latinum sit et apud quem scriptum reperiat.' 5 Atque ille grammaticus, homo sane perquam in noscendis ueteribus scriptis exercitus, 'si piaculum' inquit 'non committitur praesente Apollinare quid de uoce ulla Graeca

§3 Ar. fr. 441 K-A. §5 Cinna fr. 9 ELI/PFL<sup>4</sup>

8 uulgi] uulgi is Q: uulgus Z 10 Graeci de Buxis : graece Ψφ : an Graeci, cf. 3. 10. 17 12 quadam ratione etymologiae] u. Orton. Eym. 108. 17-19, [Zonar] Lex. 1084. 11-14 14 *Ἰλακίδης* Hertz 1853: *ἰλακιδης* c. fere Ψφ 15 Latinam huicque Y 16 fores] esses φ : huicque Ty id δ : ad Fy 21 quoniam Fr. Skutsch : in quo Ψ : id cum Waitt 1986: 332, sed Gellius potius id nos uel nos id scripsisset

661

Latinae sentiam dicere, audeo tibi, Feste, quaerenti respondere esse hoc uerbum Latinum scriptumque inueniri in poematis Helui Cinnae, non ignobilis neque indocti poetae', uersusque eius ipsos dixit, quos, quoniam memoriae mihi forte aderant, adscripsi:

at nunc me Genumana per salicita  
bigis raeda rapit citata nanis.

14

IA

1 Aetas M. Ciceronis et C. Caesaris praestanti facundia uiros paucos habuit, doctrinarum autem multiformium uariarumque artium quibus humanitas erudita est columina habuit M. Varronem et P. Nigidium. 2 Sed Varronis quidem monumenta rerum ac disciplinarum quae per litteras condidit in propatulo frequentique usu feruntur, 3 Nigidianae autem commentationes non proinde in uolgus exeunt, et obscuritas subtilitasque earum tamquam parum utilis derelicta est; 4 sicuti sunt quae paulo ante legimus in commentariis eius quos grammaticos inscripsit, ex quibus quaedam ad demonstrandum scripturae genus exempli gratia sumpsit. 5 Nam cum de natura atque ordine litterarum dissereret quas grammatici uocales appellant, uerba haec scripsit, quae reliquimus inenarrata ad exercendam legendium intentionem:

6 A et O semper principes sunt, I et V semper subditiae, E et subit et praeit; (praeit) in Eurippo, subit in Aemilio. Si quis putat praeire V in his,

1 Latinae latine δ 3 Cinnae de Buxis: cinnae Fy: cii δ 6 Genumana ψ: Cenumana Jac. Gronovius, fort. recte 7 citata] citana δ 8 uitros om. δ 17 ex Egnathius: et ψ 20 relinquimus δ 22 A et O] a e i o u δ et V] e. i. u. Q: e. u. Z E] est δ subit Cornellius: sub F: subdit γδ 23 (praeit) in Eurippo Hertz 1833: in eumppo ψ: in eurippo praeit: E de Buxis subit F: subdit γδ in de Buxis: en uel - e - n. uel - e - n. ψ his fδ: his uerbis γ

662

Valerius, Venerius, Volusius, aut I in his, *impudens, iecur, (focum), iucundum*, errabit, quod hae litterae, cum praecedunt, ne uocales quidem sunt.

7 Item ex eodem libro uerba haec sunt:

Inter litteram N et G est alia uis, ut in nomine *anguis* et *angari* et *ancorae* et *inrepat* et *incurrit* et *ingenius*. In omnibus enim his non uerum N, sed adueterinum ponitur. Nam N non esse lingua indicio est; nam si ea littera esset, lingua palatum tangeret.

8 Alio deinde in loco ita scriptum: 'Graecos non tantae inscitiae arcesso qui OY ex O et Y scripserunt, (quantae) qui EI ex E et I, illud enim inopia fecerunt, hoc nulla re subacti.'

\$6 fr. 53 Sw. \$7 fr. 54 \$8 fr. 55

1 del. Heraeus: locus Hertz 4-5 N<sup>12</sup> om. δ 4 ancorae] angore δ 5 enim om. δ 6 indicio] indicio I/Q: iudicio Z: indicio OX<sup>2</sup>N: iudicio F si ea] sic a fδ 8 alio] alo F 9 oo ex o et u] rec. pauci, Hertz 1853 (oo iam de Buxis): oy ex o et y fere Fy: oy ex o et δ: G rec. aliquot add. de Buxis ai ex e et i rec. paucissimi, Shurtlevant 1920: 130 = 1940: 40 (et iam de Buxis): et ex e et i (ei Q) fere ψ\*

663

recte fecisse, quod disciplinas acroaticas quibus ab eo ipse eruditus foret libris foras inuolgasset: 8 'Nam qua' inquit 'alia te praestare ceteris poterimus, si ea quae ex te accepimus omnium prosus fient communia? quippe ego doctrina anteire malim quam copiis atque opulentis.' 9 Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam: 'Acroaticos libros, quos editos quereris et non proinde ut arcana absconditos, neque editos scito esse neque non editos, quoniam his solis cognobiles erunt (qui nos audiuerunt).'

10 Exempla utrarumque litterarum sumpta ex Andronici philosophi libro subdidi; an autem prosus in utriusque epistula breuitatis elegantissimae filium tenuissimum†.

11 *Ἀλέξανδρος Ἀριστοτέλει εὐ πράττειν.*

οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας ἐκδόνς τοὺς ἀκρατικούς τῶν λόγων· τίνι γάρ 15  
διόχομεν ἡμεῖς τῶν ἄλλων, εἰ καθ' ὅς ἐπαιδευθῆμεν λόγους, οὐτοι  
πάντων ἔχονται κοινοί; ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα  
ἐμπειρίας ἢ ταῖς δυνάμειν διαφέρειν. Ἐρωω.

12 *Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλέξανδρον εὐ πράττειν.*

ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκρατικῶν λόγων οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς  
φυλάττειν ἐν ἀπορήτοις· ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ 20  
ἐκδεδομένους, ξυνητοὶ γάρ εἰσιν μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. ἔρωω,  
Ἀλέξανδρε βασιλεῦ.

13 Hoc ego uerbum ξυνητοὶ γάρ εἰσιν uno itidem uerbo dicere aliud non repperi quam est scriptum a M. Catone in sexta origine: 'Itaque ego' inquit 'cognobiliorem cognitionem esse 25 arbitror.'

E Exempla epistularum Alexandri regis et Aristotelis philosophi Graeca ita uti sunt edita; eaque in linguam Latinam uersa

§10 test. 75f §§11-12 Arist. priu. 1 Plezia (§11 = Alex. ep. 1 Hercher, §12 = Arist. T23.4 Cigou = fr. 662 Rose) = test. 69c Düring

8-9 add. Hertz 11 An] amauit de Buxis: en Rose 12 tenuissimum (assecutus sim nescio) Hertz: tenuerim nescio Domsté 1920b: 204 23 uerbo] uersu §

1 Percontabar Apollinarem Sulpicium, cum eum Romae adulescentulus sectarer, qua ratione diceretur habeo curam uestri aut miserereor uestri et iste casus uestri eo in loco quem uideretur habere casum rectum. 2 Is hic mihi ita respondit: 'Quaeris' inquit 'ex me quod mihi quoque est iamdiu in perpetua quaestione. Videtur enim non uestri oportere dici, sed uestrum, sicuti Graeci locuntur: ἐπιμελοῦμαι ὑμῶν, κήδομαι ὑμῶν, in quo loco ὑμῶν aptius uestrum dicitur quam uestri et habet casum nominandi, quem tu rectum appellasti, (uos). 3 Inuenio tamen' inquit 'non paucis in locis nostri atque uestri dictum, non uestrum aut uestrum. L. Sulla rerum gestarum libro secundo: "Quod si fieri potest ut etiam nunc nostri uobis in mentem ueniat, nosque magis dignos credatis quibus ciuibus quam hostibus utamini quique pro uobis potius quam contra uos pugnemus, neque nostro neque maiorum nostrorum immerito nobis id contingeret." 4 Terentius in Phormione:

ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet paenitet.

5 Afranius in Togata:

nescioqui nostri miseritust tandem deus.

6 Et Laberius in Necomantia

dum diutius detinetur, nostri oblitus est.

§3 RRHst 23 E3 §4 Phorm. 172 §5 u. 417 R. = 418 Daviault §6 fr. 43 Pan.

2 (habere casum) habeo δ 3 iste P<sup>v</sup>γ: isti P<sup>v</sup>δ 8-19 et habet—miseritus est om. δ 9 add. hic Hertz 1853, post nominandi, Ascensius 1524 11 quod X<sup>v</sup>: quo ψ 13 creditis Lion: creditis ψ 15 immerito Madvig 1873: 612: merito ψ 18 Togata l. q. prosthala: titulum agrotuit Hitorrius 19 miseritus v<sup>h</sup>ic, Ribbeck: miseritus ψ 21 detinetur] retinetur X7

7 'Dubium porro' inquit 'non est quin eodem haec omnia casu dicantur, *nostri* (*paenitet*, *nostri*) *oblitus est*, *nostri miserius est*, quo dicitur *mei paenitet*, *mei miserius est*, *mei oblitus est*. 8 *Mei* autem casus interrogandi est, quem genetiium grammatici uocant, et ab eo declinatur quod est *ego*. {Huius deinde pluratiuum est *nos*. 5 *Tui* aequae declinatur ab eo quod est *tu*; huius itidem pluratiuum est *uos*.} 9 Sic namque Plautus declinauit in Pseudolo in hisce uersibus:

si ex te tacente fieri possem certior,  
ere, quae miseriae te tam misere macerent,  
duorum labori ego hominum parsissem lubens  
mei te rogandi et tuis respondendi mihi.

*Mei* enim Plautus hoc in loco non ab eo dixit quod est *meus*, sed ab eo quod est *ego*. 10 Itaque si dicere uelis *patrem mei pro patrem meum*, quo Graeci modo τὸν πατέρα μου dicunt, inusitate quidem, sed recte profecto eaque ratione dices, qua Plautus dixit *labori mei pro labori meo*. 11 Haec autem ipsa ratio est in numero pluratiuo, qua Gracchus *misereri uestrum* dixit et qua M. Cicero *contentio uestrum* et *contentione nostrum* dixit, quaque item ratione Quadrigarius in annali undeciesimo uerba haec posuit: 20 "C. Mari, ecquando te nostrum et rei publicae misereritur?"

'Cur igitur Terentius *paenitet nostri*, non *nostrum*, et Afranius *nostri miserius est*, non *nostrum*? 12 Nihil hercle' inquit 'mihi de ista re in mentem uenit, nisi auctoritas quaedam uetustatis non

89 Pseud. 3-6 §11 C. Gracch. fr. 64 Malc. Cic. Planc. 16; De const. ac-  
cus. 37 Quact. 24 F86 §12 Most. 280

2 add. Fr. Skutsch miserius Xr : miseritus FON quo de Buxis : quod Y  
5 del. Fraenkel 1949\* 10 miseriae te tam misere Fy, Plaut. : miserie et amiserae  
(animi- Z) δ 12 et (tui) tis uel tuitis fere Fy : et uitis Z : et inris Q : etui cod.  
A Plauti : et te cod. B Plauti : tui Non. 804 (501. 14) : corr. Carrio, G. J. Vossius 1635:  
iii. 169-70, Fraenkel 1949\* respondendum (-dum Z) ibidem δ 15 quo δ: quod Fy  
15-24 inusitate... auctoritas om. δ 18 et qual aqua. O<sup>ss</sup>. et quam X 21 ec  
quando de Buxis : et quando Y

mimis anxie neque superstitiose loquentis. Nam sicuti multi-  
fariam scriptum est *uestrorum* pro *uestrum*, ut in Plauti  
Mostellaria in hoc uersu:

uerum illuc esse maxima pars uestrorum intellegit,

5 cum uellet *maxima pars* dicere *uestrum*, ita nonnumquam *uestri*  
quoque dictum est pro *uestrum*. 13 Sed procul dubio qui rectis-  
sime loqui uolet *uestrum* potius dixerit quam *uestri*. 14 Et idcirco  
inportunissime' inquit 'fecerunt qui in plerisque Sallusti exem-  
plaribus scripturam istam sincerissimam corruerunt. Nam  
cum ita in Catilina scriptum esset: "Saepe maiores uestrum  
miseriti plebis Romanae", *uestrum* obleuerunt et *uestri* super-  
scripserunt. Ex quo in plures libros mendae istius 'indoless'  
manauit.'

15 Haec memini mihi Apollinarem dicere, eaque tunc ipsum  
ita ut dicta fuerant notauit.

15 F Quaesitum atque tractatum utrum siet rectius dicere *habeo curam* (*uestri* an)  
*uestrum*

## Z

1 Mira et prope adeo ridicula diuersitas fabulae apud Graecos  
poetas deprenditur super numero Niobae filiorum. 2 Nam  
20 Homerus pueros puellasque eius bis senos dicit fuisse, Euripides

F §14 Cat. 33. 2 Z §2 Q 602-4 Eur. Cresphontes fr. 451 Kannicht = 69  
A Harder

inde a §13 qui φ(TYM) Z φ(TYM)

6 pro om. Fy uestrum] uestro Q : uro Z 9 sincer] fol. 200 abscisso O  
11 obleuerunt] aboleuerunt φ 12 indoless absurde Y : subdoless Maadwig 1873:  
613 : mala lues Wart 1986: 332 14 ipsa Y, corr. Husner 1886: 476 (tunc ipsum =  
αὐτὸθεῖον) 18 Mira] Viera O<sup>ss</sup> : prima littera, quae sola in hoc capitulo seruatur, certe M  
non fuit 19 deprehenditur Xγ 20 dicit fuisse bis senos φ

6 Vsus consilio sum magistri quod docere ipse deuerat a quo  
discerem praetermonstrant<sup>is</sup>. Itaque id quod ex iureconsultis  
quodque ex libris eorum didici inferendum his commentariis  
existimaui, quoniam in medio rerum et hominum uitam qui  
colunt ignorare non oportet uerba actionum ciuilium celebriora.

5 Manum conserere (igitur est uindictam facere;) 7 nam de qua  
re disceptabatur in (iu)re praesenti, siue ager siue aliud quid  
est, cum aduersario simul manu prendere et in ea re sollempni-  
bus uerbis uindicare, id est uindicta. 8 Corruptio manus in re  
atque in loco praesenti apud praetorem ex duodecim tabulis  
fiebat, in quibus ita scriptum est: 'siqui in iure manum conse-  
runt'. 9 Sed postquam praetores propagatis Italiae finibus satis  
iurisdictionis negotiis occupati proficisci uindictiarum dicendi  
causa (ad) longinquas res grauabatur, institutum est contra  
10 duodecim tabulas tacito consensu, ut litigantes non in iure  
(apud) praetorem manum consererent, sed ex iure manu con-  
sertum uocarent, id est alter alterum ex iure ad conserendam  
manum in rem de qua re ageretur uocaret, atque profecti simul

1 'Ex iure manu consertum' uerba sunt ex antiquis actionibus,  
quae, cum lege agitur et uindictae contenduntur, dici nunc  
quodque apud praetorem solent. 2 Rogauit ego Romae grammati-  
cum, celebri hominem fama et multo nomine, quid haec uerba  
essent. Tum ille me despiciebat, aut erras, inquit, adulescens, aut  
5 ludis; rem enim doceo grammaticam, non ius respondeo; si quid  
igitur ex Vergilio, Plauto, Ennio quaerere habes, quaeras licet.  
3 'Ex Ennio ergo' inquam 'est, magister, quod quaero. Ennius  
enim uerbis hisce usus est.' 4 Cumque ille demiratus aliena haec  
esse a poetis et haud usquam inueniri in carminibus Enni diceret,  
10 tum ego hos uersus ex octauo annali absentem dixi—nam forte  
eos tanquam insigniter praeter alios factos memineram:

spernitur orator bonus, horridus miles amatur.

pellitur e medio sapientia, ui geritur res;

haut doctis dictis certantes nec maledictis

miscent inter sese inimicitias agitantis,

non ex iure manu consertum, sed magis ferro

rem repetunt regnumque petunt, uadunt solida ui.

5 Cum hos ego uersus Ennianos dixissem, 'credo' inquit  
grammaticus 'iam tibi. Sed tu uelim credas mihi Quintum  
Ennium didicisse hoc non ex poeticae litteris, set ex iuris aliquo  
perito. Eas igitur tu quoque,' inquit, 'et discas unde Ennius didicit.'

§§1-10 XII Tabb. I 11(lt) §4. Ann. 248-53

§§1-6 V, §§7-10 5 tantum

1 manu rec. : manum  $\gamma$  2 uindictae rec. : uindictae  $\gamma$  : uindi-  
gie  $\delta$  9 usus  $\gamma$  : sensus  $\beta$  10-21 usquam—iuris frusta tantum O  
13 amator O : amitur Z : armatur rec. 16 inimicitias de Buxis : inimicitiam  $\gamma$   
ex 19. 8. 6 repetitum: u. O. Skutsch 1985: 434-5 17 manu manum  $\pi$ , rec. paucis-  
simi, Brissotius 1583: 420 : utrumque codd. Ciceronis, qui haec ter adducit (u. O. Skutsch  
1985: 436)\* 17-18 ferro rem Citero : errore rei  $\psi$  18 repetunt] petunt  $\delta$   
solita  $\delta\gamma$  19 hos (hos)  $\delta$  ego] ergo IIQ

2 praetermonstrantis id. παραδεικνύστρος 3 quodque]  $\beta$ - $\gamma$ - $\alpha$  :  
quodque  $\beta$ - $\alpha$ - $\gamma$  libris quoque  $\gamma$  5 celebriora (ut) Christ 1727: 185  
6 conserere (conferre X) hucusque  $\psi$  (nam in reliquis N cum 5 conserendus non plus  
auctoritatis habet quam ceteri) lacunam ab Hertzio statutam ex gr. supplementi 7 dis-  
ceptatur codd. pauci\* (iure Ascensius 1519 : iure (in re) Hertz 1853 aliud quid quid  
aliud codd. pauci 8 prendere et Jac. Gronovius : pre[he]nderet uel penderet fere  
codd. :prehendere de Buxis 8-9 sollempnibus Brissotius (cf. 12. 13. 5) : omni-  
bus codd. 9 corruptio] correctio codd. nonnulli : consertio pauci, A. W. Cramer,  
Bruno 1909: 25. quasi in corruptio abiturum fuerit -qui codd. pauci : -cui 5 : in lege  
del. Schöll 1866: 75\* manu codd. pauci 12 satis Karlowa 1872: 78 n. 2 : datus  
codd. : tantis Wait 2002: 290-1, cl. 20. 5. 7 : auctus I. G. Hüsche 1836: 130 13 iuris-  
dictionibus codd., corr. Karlowa 1872: 78 n. 2 proficisci Seb. Gryphius 1537 : pacisci  
codd. del. cod. Ambr. I tuf. 129 (s. xviii), fol. 367\* dicendi scripsi : dicenda 5 : dicendarum  
codd. nonnulli\* 14 add. 'alij ap. Osellum : (in) Carrio 15 ex xii tabulis  
codd. nonnulli consensu codd. pauci, Budaeus 1508: fol. xix\* : sensu 5 16 add.  
pauci : (ad) nonnulli manum] manu codd. paucissimi manum manum codd. pauci,  
Contellus 17 conferendam codd. nonnulli 18 de qua rei] de qua codd. multi :  
de re codd. nonnulli : qua de re  $\lambda$ \* agerentur codd. complures

in agrum de quo litigabatur terrae aliquid ex eo, uti unam glebam, in ius in urbem ad praetorem deferrent et in ea gleba tamquam in toto agro vindicare. 10 Idcirco Ennius, significare volens (bellum), non ut ad praetorem solitum est legitimis actionibus neque ex iure manu consentum, sed bello ferroque et uera ui atque solida (rem repeti dixit); quod uideretur dixisse conferens uim illam ciuilem et festucianam quae uerbo diceretur, non quae manu ferret, cum ui bellica et cruenta.

12(11)

## IB (IA)

1 P. Lauini liber est non incutiose factus. Is inscriptus est De uerbis sordidis. 2 In eo scripsit sculnam uulgo dici quasi seculnam, 'quem qui elegantius' inquit 'loquuntur sequestrem appellant. 3 Vtrumque uocabulum a sequendo factum est, quod eius qui electus sit utraque pars fidem sequatur': 4 *Sculnam* autem scriptum esse in logistorico M. Varronis qui inscribitur Catus idem Lauinius in eodem libro admonet.

5 Sed quod apud sequestrem depositum erat, 'sequestro positum' per aduerbium dicebant. Cato de Ptolemaeo contra Thermum: 'Per deos immortales, nolite uos atque (\*\*\*)'

s tantum

IB(IA) §4 Logist. fr. 37 Bolisani

§5 fr. 179 Malc. = 136 CSBC

Cato sen. - *Strenuorum Cato*  
(*exu. di. Cato*)

4 del. Hertz 1853 praesente Carrione, qui tamen locum more suo rescripsit\*  
5 manu] manum codd. pauci, Brissotius 5-6 an ferro belloque? 6 add.  
Boet 1887: 7. lacuna ab Hertzio 1853 statuta 9 P. om. codd. pauci Lauini X; Hertz  
1853: Lauinii codd. nonnulli: Plani uel P[ubli] Plani s 13 sequatur codd. nonnulli:  
sequetur s: sequatur codd. pauci 14 historico codd., corr. Caelius Rhodiginus  
1542: 231 17 Ptolemaeo] -lo- codd. multi 18 Thermum] mira in codicum  
scriptura uarietas uos] nos codd. pauci

684

CONSECTVS EDITIONVM PRAETER  
GELLIANAS

quae sub nomine editoris tantum adferuntur

- Altmura, Antonio, *Riccardo da Bury: Philobiblon* (Neapoli, 1954).  
Amato, Eugenio, *Favoritos d'Arles: Œuvres*, tomm. i et iii: *Fragments* (Lutetiae, 2005-10).  
Arrighetti, Graziano, *Epituro: Opere*<sup>2</sup> (Augustae Taurinorum, 1973).  
Asbury, Raymond, M. Terentii Varronis *Saturarum fragmenta* (Lipsiae, 1985).  
Ax, Wilhelm, M. Tullius Cicero: *De diuinatione, De fato, Timaeus* (Lipsiae, 1938).  
Bernabé, Albertus, *Poetae epici Graeci: Testimonia et Fragmenta, Pars II*, fasc. i-ii: *Orphicorum et Orphicis similitum testimonia et fragmenta* (Monachii et Lipsiae, 2004-5).  
Bolisani, Ettore, *I logistorici varroniani* (Patauii, 1937).  
Bolton, J. D. P., *Arctikes of Proconnesus* (Oxonii, 1962).  
Bremer, F. P., *Iurisprudentiae antehadrianae quae supersunt*, in 2 tomm. in 3 partt. (Lipsiae, 1896-1901).  
Broggiato, Maria, *Cratete di Mallo: I frammenti* (Spediae, 2001).  
Capel Bandino, Roberto, *Filostefano di Cirene: Testimonianze e frammenti* (Mediolani, 2010).  
Cardauns, Burkhardt, M. Terentius Varro: *Antiquitates rerum diuinorum*, in 2 partt. (Visbadae, 1976).  
Cèbe, Jean-Pierre, *Varron: Satires mérippées*, in 10 tomm. (Romae, 1972-99).  
Clark, Albertus Curtis, M. Tullii Ciceronis orationes, iv (Oxonii, 1909).  
Cugusi, Paulus, *Epistolographi Latini minores*, in 2 tomm. in binis partt. (Augustae Taurinorum, 1970-9).  
Dangel, Jacqueline, *Actius: Œuvres (fragments)* (Lutetiae, 1995).  
Davault, André, *Comœdia togata: fragments* (Lutetiae, 2002).  
Declva Caizzi, Fernanda, *Antisthenes fragmenta* (Mediolani et Baretti, 1966).  
Diehl, Ernst, *Anthologia lyrica Graeca*<sup>3</sup>, in 3 tomm. (Lipsiae, 1949-52).

685